



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De  
Vita Gegorii VII. Pontif. Max.**

**Paulus <Bernriedensis>**

**Ingolstadii, 1610**




[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)



Th. 5078.

2 P. V, 15.

2 P. V, 15.



COMMENTARIVS  
PAVLI BERN-  
RIEDENSIS, ANTI-  
QVI SCRIPTORIS, DE  
VITA GREGORII VII.  
PONTIF. MAX.

*Nunc primùm in lucem editus cum notis,*

PER  
JACOBVM GRETSERVVM  
SOCIETAT. JESV THEOLOGVM.

*Lib. Col. Socij Jesu Paderborni a. 1613.*

EIVSDEM GRETSERI

CÆSAR BARONIVS S. R. E.  
CARD. AMPLISSIMVS,

*A*  
MELCHIORIS GOLDASTI CALVINI-  
STÆ infcitia & calumniis vindicatus,

*AD*  
REVERENDISS. ET ILLVSTRISS. PRIN-  
CIPEM ac Dominum, Dn. IOANNEM GODE-  
FRIDVM Episcopum Bambergensem.

*Cum gratia & privilegio Cæs. Maiest.*

INGOLSTADII,  
Ex Typographeo ADAMI SARTORII.  
ANNO DOMINI M. DCX.

COMMUNICARI  
PAVEL BERN  
RIEDENSIS, ANTI  
QUI SCRIPTOIS, DE  
VITA GREGORII VII  
FONTIS MAX

JACOBUM GRETZERUM  
DOCTOREM THEOLOGICUM

EDITIONE SECUNDA  
AUGUSTI V. R. E.  
CASA DE ANTIQVARIIS

EDITIO SECUNDA  
AUGUSTI V. R. E.

REPERIUNTUR IN  
LIBRARIIS  
MAGNARUM

IN OSTIA  
A. TYPIS GREGORII V. R. E.  
AUGUSTI V. R. E.



REVERENDIS-  
SIMO ET ILLUSTRIS-  
SIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
DOMINO IOANNI GODEFRIDO,  
ECCLESIAE BAMBERGENSIS  
Episcopo, &c.

JACOBVS GRETSERVS.

**C**VM superiore anno, Re-  
uerendissime & Illustrissime  
Princeps, Tomum secun-  
dū Defensionis Bellarmi-  
nianæ, in qua de Christo, eiusq; in ter-  
ris supremo Vicario disputatur, euul-  
garem, addidi ad Operis calcem Apo-  
logiam peculiarem pro Gregorio VII.  
Pontif. Max. eo quod hunc vnum præ-  
cæteris ex toto Pontificū numero Hæ-  
retici nostræ ætatis, & schismatici su-  
perio-

\* 2

perio-



EPISTOLA

perioris memoriæ, pessimis modis oderint, & infinitis maledictis & conuiciis lacerent, omniaque venenatæ suæ linguę spicula in hunc, velut in primum scopum suum, destinant, & destinata emittant, idque non aliam ob causam, si rem ad viuũ rescare, & penitus introspicere velimus; nisi quia Gregorius Ecclesiasticę libertatis & disciplinæ constantissimus & imperterritus assertor ac vindex fuit; nullis minis, nullisque periculis (quæ plurima subiit) de recto tramite sese abduci passus; cuius integritati, innocentię & sanctimonię cum varia alia luculentum testimoniũ præbent; tum hoc præcipuè, quòd viri iis temporibus & paulo post subsecutis doctissimi, & virtutis laude celebratissimi, in schismate excitato ad Gregorij partes intrepidè se adiunxerunt; quorum nonnulli maluerunt omnium rerum suarum iacturam facere, & in exilium

DEDICATORIA.

lium abire, quàm fidem, reuerentiam,  
& obedientiam erga Sedem Apostoli-  
cam perdere.

Quos inter, familiam ducunt, An-  
selmus Lucensis, Anselmus Cantua-  
riensis, Hermannus Metensis, Altmā-  
nus & Vdalricus Passauenses, Geb-  
hardus Constantiensis, Gebhardus &  
Thiemo Salisburgenses, Anno Colo-  
niensis, Burckhardus Halberstatensis,  
omnes Archiepiscopi & Episcopi: itē-  
que V Vilhelmus Abbas Hirsaugien-  
sis, vir religionis opinione apud om-  
nes decantatus; vt alios fileam.

Nec defuerunt ex eruditorū cœtu,  
qui literarum monumentis posteritati  
testatum facerent, quàm sedulus & in-  
defessus Ecclesię pastor Gregorius VII.  
fuerit: quantâ curâ & vigilantia ouile  
Christi rexit: & quàm mendaciter  
& calumniosè à schismatum fatoribus  
traducatur, quasi in ipso omnis omniū

\* 3 tur-

EPISTOLA

turbarum & turbationum causa & culpa hæserit, aut etiamnum hæreat.

Ex his Gregorij VII. Apologeticis defensoribus duo claruerunt olim in Bauaria sub Henrico IV. & Henrico V. Regibus & Imperatoribus, Paulus Bernriedensis, & Gerochus Reicherspergensis: sed, quod dolendū, eorum pro Gregorio VII. monumenta ita fuere nata, quasi nata non fuissent; longa obliuione, tenebrisq; obruta: quæ aliquando exstitisse, forsan ignorassemus, nisi Auentinus, qui vidit & legit, indicium fecisset in Annalibus Boicis. Nec vidit tantū Auentinus, sed, vt videtur, posteris quoq; inuidit; ne haberent, quos Pseudobennonis in Gregorium VII. furiosissimis criminationibus opponerent. Vt cunq; sit, numine benè amico, tandē in Paulum Bernriedensem variis in Bibliothecis studiosè, imò & anxie quæsitum, incidi. Nec de  
Gero-

DEDICATORIA.

Gerocho, socio scriptoris & calamitatum, quas Paulus à schismaticis pertulit, spem omnem penitus posui.

Interea, dum iste inuestigatur, & ex caligine in lucem vindicatur, Paulum notis illustratum foras prodire iussi; & quidē sub tuo patrocinio, *Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. PRINCEPS.* Decebat enim; ut in hac publicā & ſolenni bonorum omniū lætitiā, partim ſibi, partim, & verò potiffimū, nobiliſſimæ Bambergenſi Eccleſiæ & Diœceſi gratulantiū ob *Ceſſitudinem V.* ad thronū S. Othonis euectam: partim quoque, pia vota pro *Ceſſit. V.* diuturna incolumitate, & auſpicata *Episcopatus & Principatus* administratione ſuſcipientium; ego itidē ex Bauaria concepti paſſim gaudij ſignificationem palam darem.

Cū S. Baſilius ad Archiepiſcopatum Cæſarienſem, communi omniū orthodoxę fidei amantiū approbatione

EPISTOLA

Epist. 24.

ne & lætitia euectus esset: misit ad eum  
S. Gregorius Nazianzenus gratulato-  
riam Epistolam, quam hunc in modū  
auspicatur: *Posteaquam te in sublimi thro-  
no collocatum, ac lucernam ne illam quidem  
prius obscure lucentē, à spiritu victore, supra  
candelabrum oculis omnium expositam esse  
intellexi: lætatus sum, fateor. Quid ni enim?  
Cum Ecclesiæ corpus malè affectum esse, atq;  
huiusmodi ductu & auxilio opus habere con-  
spicerem.*

Liceat, *Illustrissime Præsul*, apertè &  
ingenuè, bona cum *Celsitud. Vestra* ve-  
nia, id quod res est, proloqui. Simul at-  
que fama, alioqui tam pravi, quā recti  
tenax, & tam falsi quā veri nuncia, ad  
nos Electionem *C. V.* detulit, & quidem  
verissimè; omnium Catholicorum,  
quotquot vidi, idem, qui olim Nazian-  
zeni, Basilio Episcopali tiara insignito,  
animus & animi index, oratio fuit:  
multis cum Gregorio, Gregorij Nazi-  
anzeni

Epist. 23. in-  
ter Epist. Na-  
zianzeni.

DEDICATORIA.

anzeni parente, in has voces erūpentibus: *Alij quidē alios eligent, atq; in mediū proponent, nimirū pro suis quisq; moribus, aut cōmodis, quemadmodū in huiusmodi rebus accidere cōsuevit. Nos verò neminē: neq; enim fas est, nō iam Basilio, sed IOANNI GODEFRIDO ab Aschausen, præferre possumus. Ecquem enim ex omnibus, quos nouimus, vel vita probatiorem, vel sermone ac doctrinā valentiorē, magisq; ad virtutis elegantiam undique perpolitum reperiemus?*

Nec fanè immeritò commune gaudium exoritur cum alicui Ecclesię gubernator sedulus, & in omnes partes intentus præficitur. Nam, vt idē Gregorius ait: *Lucerna corporis est oculus non* Epist. 22. *hic tantū, qui corporeo modo cernit ac cernitur, sed is etiam, qui spiritualiter spectat & spectatur. Lucerna autem Ecclesię est Episcopus. Itaq; quemadmodum cum ille purē & integrē se habet, corpus quoq; rectē ducitur: cū autē impius est, non rectē: consimili quoq; ratione, utrolibet modo sese Ecclesię Antistes habuerit,*

omni-  
\*\*

EPISTOLA

omninò vel periculi vel salutis particeps esse  
 necesse est. Hęc verissimè sanctissimus  
 simul & doctissimus Episcopus Gre-  
 gorius Nazianzenus.

Porro cùm hoc tempore in supelle-  
 ctile mea literariâ & libraria, nihil quo  
*Celsit. V.* partam dignitatem gratularer,  
 præter *PAVLVM*, reperirem; non du-  
 bitavi hunc ad *Celsit. V.* internunciij vi-  
 ce functurum, ablegare. Si enim tertio  
 ab hinc anno *Prædicantem Vapulantem*  
 à me oblatum tam beneuolè excepit;  
 quid sibi Paulus non poterit polliceri;  
 qui *Pontifice Maximo*, & quidem tali  
 ac tanto, comitatus venit; nec Pontifi-  
 ce tantum, sed & *Cardinale*; eoque Cla-  
 rissimo & eruditissimo; *Cæsare Baronio*;  
*Celsit. Vestræ*, nil ambigo, propter aure-  
 os *Annalium Tomos*, in amore, & pre-  
 cio: à quo *Caluinianas aspergines apo-*  
*logetica*, vt sic loquar, spongia absterfi;  
 quemadmodum olim Paulus à Grego-  
 rio

*DEDICATORIA.*

rio VII. schismaticas. Et hoc totum,  
quidquid est lucubrationis, *Celsit. V.* vt  
libenter, sic & reuerenter dico & offe-  
ro, donec aliquid dignitate & fastigio  
*Celsit. V.* dignius occurrerit: DEO sub-  
misse supplicans; vt Ecclesiæ Bamber-  
genfi moderatorem vigilantissimum;  
Societati nostræ Patronum singularē;  
& omnibus literatis beneuolentem  
Mæcenatem, quàm diutissimè incolu-  
mem & superstitem, semperque donis  
& subsidiis cælestibus florentem præ-  
stet. Ingolstadij XIX. Martij;

Anno Redemptoris  
M. DCX.



\*\* 2

APPRO-



APPROBATIO R. P. PRO-  
VINCIALIS SOCIETAT. IESV  
PER SVPERIOREM GER-  
MANIAM.

*Hanc Apologiam pro Illustrissimo Cardinali Cesare Ba-  
ronio à P. IACOBO GRETSERO compositam, & à Theo-  
logis ad id deputatis lectam & approbatam, una cum PAULI  
BERNRIEDENSIS de vita & rebus gestis GREGORII  
VII. Pontif. Max. commentario; Ego THEODORVS BY-  
SÆVS Societ. IESV per Germaniam superiorem Prouin-  
cialis, potestate mihi ab admodum R. P. N. GLAVDIO  
AQUAVIVA Societatis nostræ Præposito Generali concessa  
typis excudi permitto: & hanc permissionem sigillo & propria  
manus subscriptione testor. Augusta 9. Febr. Anno M. DC. X.*

THEODORVS BYSÆVS.

APPROBATIO FACVLTA-  
TIS THEOLOGICÆ.

*PAVLVM BERNRIEDENSEM, antiquum scri-  
ptorem, & nouam Apologiam pro Illustriss. Card. BA-  
RONIO cum legentium emolumento typis euulgari  
posse existimo. Ille enim, GREGORII VII. sanctita-  
tem & virtutes Pontifice dignas stylo suo veridicè no-  
bis exhibens & patefaciens, HÆRETICORVM in  
eundem Pontificem criminationes dispellit: Ista autè  
Annalium Ecclesiasticorum instauratorem à conuiciis  
Caluinianis asserens; planum testatumq; reddit; quàm  
Hereticus sit fastuosum & superciliosum animal; & quàm  
verè impleat vetus illud Prouerbiū; SYS MINERVAM.*

*PETRVS STEVARTIVS Leodius, S.S.  
Theolog. Doct̃or, Professor Academia Ingol-  
stadiens. Procancellarius, Collegij Theolo-  
gici pro tempore Decanus, Canonicus Leo-  
diens. & Eichstetensis.*

PRO-



PROLEGOME-  
NA IN VITAM GRE-  
GORII VII. PONTIF.  
MAXIMI.

*Rogote, amice Lector, ut prius hac pralo-  
quia legas, quam ad commentarium hunc lecti-  
tandum accedas.*

QVIS FVERIT PAVLVS  
BERNRIEDENSIS.

**E***D nobis explicatum dabit Auenti-  
nus lib. 5. Annalium Boiorum. Legi* Quis fuerit  
Paulus Bern-  
riedensis.  
multos, praesertim Paulum Bern-  
riedensem, Gerochum Reicherspergensem  
Antistitem, Augustinianos Mystas, in Bo-  
iaria ortos. Vterq; de huiuscemodi discor-  
dia perniciofa libros edidit, vterque pars  
huius tumultus fuit. Ille, Reginoburgij;  
hic, Augustae primariae aedis sacerdos, am-

A bo

bo rebus Hildebrandi studuere. Quamobrem sedibus pulsi, in exilium acti sunt. Ita Auentinus.

Paulum fuisse Sacerdotem seu Canonicum Ratisbonensem, planum fit ex vita Virginis Herluca cap. 43. & 44. Ratisbona pulsus Bernriedi seu Beronicæ Institutū Canonicorū Regularium amplexus videtur, non prius: Etsi prius etiam declinanda Henriciana persecutionis causa Ratisbona subinde se subduxit, ut ex eadem Historia de B. Virgine Herluca liquet.

Idem Auentinus ibid. Gregorium, virū sanctissimum peruicaciore existisse, Paulus Bernriedensis, qui eius vitā libris duobus complexus est, & reliqui eius partium acerrimi propugnatores, produnt. Nescio, quibus oculis Auentinus Bernriedensem legerit. In meo certè Paulo nullum vestigium vel accusationis vel notæ huius de peruicacia apparet. Et adeò Gregorius in hac causa peruicax non fuit, ut quoties Henricus Rex, vel minimam emendationis significationem daret;

eum

eum in gratiam & cōmunionem Sedis Apostolica recipere paratus fuerit. Certè tantum abest, ut Saxones Gregorium peruicaciæ arguerint, ut eum propemodum nimia lentitudinis in Henrico damnando insinularint, datis ad eum Epistolis, quas sua Historia de Bello Saxónico Bruno intexuit. Et ipsa oratio Gregorij ad sanctos Apostolos Petrum & Paulum, cum ultimo Henricum excommunicauit, recitata à Paulo, satis ostendit, quàm nihil Gregorius hoc in negotio pertinaciter egerit.

Pergit Auentinus. Gerochus quoque Gerochus Reischerpergensis scripsit pro Greg. VII. (quo nemo acrius scriptis libris Hildebrandum tutatus est, utpote qui crimina Cæsari obiecta, quæ apud nullum alium legerim, explicat) tandem suæ partis pertinaciam, ne dicam tyrannidem hisce verbis, coactus veritate, notat. Romani, inquit, sibi diuinum vsurpant honorem, rationem actorum reddere nolunt, nec sibi diciæquo animo ferunt; Cur ita agis? &c.

Gerochum non vidi; utinam aliquando videam. Sed ex iis, quæ de Gerocho narrat ipse:

A 2 Auen-

*Auentinus, & ex Auentini ingenio, exque illis itidem, quæ Paulo Bernriedensi affingit, aestimare licet, quæ fide hæc de Gerocho prodiderit. Credam talia à Gerocho effusa, cum meis oculis ea in Gerocho legero.*

*Quam Auentinus ex Paulo Bernriedensi excerpserit.*

*Idem Auentinus:* Paulus Bernriedensis narrat, Episcopum quendam, dum pro cõcione Hildebrandum vituperat, fulmine tactum esse; dumque ageret animam, dixisse, ignea catena constrictus trahor ad inferos: ite, nunciate Cæsari, vt resipiscat, & flagitium in DEVM, Diuum Petrum, eius Vicarium cõmissum, officiis compenset, nisi me antecedentẽ æterna supplicia subsequi malit. Eodem quoque die, nempe Paschalibus, quarto Calendas Martij, vt idem Paulus recitat, Episcopus Spirensis, septimo iniquus, ab eodem Calendis Martij deuotus, animam efflauit. Gregorio Salernũ profugo intrante, cuius quidam dixerat; autor dissensionis, qui totum orbem terrarum armis, & bellis inuoluit, huius vrbis quoque quietem conturbaturus aduenit.

Mox

Mox ille, his dictis obmutescit: deductus ad Gregorium, errorem suum confitetur: ab eodē sanitati restituitur. Bernried Collegium est flaminum Augustalium superioris Vindeliciæ, propter Verrem lacū, supra Monachium quindecim millia passuum, ibi Herluca sacratæ foeminæ sepulcrū ostenditur. Ea illa tempestate vixit, & nocturnis superum, & inferum congressibus, secretisque colloquiis interesse consueta, narrare solita fuit; Execratos flamma omnium ardentissima excruciarī.

*Hæc omnia, ut ab Auentino cōmemorantur, exstant in hac, quam nunc euulgamus, Gregorij vita, ut & illa, quæ de Rulando, Parmensi Clerico, & de ouo prodigioso commemorat. Ille (Rulandus) vix ope Gregorij (ita Paulus refert) euasit. Et quidquid Auentinus illic scribit; id fermè ex Paulo Bernriedensi decerptum esse, perspicuè docebit Auentinianæ narrationis cum hac vita collatio. Excipio tamen calumnias, quas Auentinus suæ historiae subinde aspergit; nam has aut ipse ex*


A 3

suo

*suo capite extudit; aut ex Apologia innomi-  
nati Auctoris pro Henrico IV. accepit: Et  
valde suspicor in idem depromptam hanc A-  
uentino assertionem Opes quoque Ecclesia-  
sticas, quibus hactenus pauperes aleban-  
tur, militibus & rei bellicæ peritis largitus  
est (Gregorius VII.) Quod & Hildebran-  
dini Gerochus & Paulus non inficias eunt,  
& hic, tanquam bene factum excusat, & id  
licere defendit. Non inuenio hanc excusa-  
tionem & defensionem in nostro Paulo. An  
Auentinus non copiosiore, sed obsequentiorē  
Paulum habuit, ita ut quidquid ipse malè in  
Gregorium affectus, vellet, diceret?*

VNDE CONSTET PAU-  
LVM BERNRIEDENSEM

esse huius Commentarij Auctorem.

 *ODEX, ex quo huius vitæ exemplar  
desumptum est, nō præferbat nomen  
Pauli Bernriedensis. Unde ergo li-  
quet hunc factum Paulo adscribi debere? Re-  
spondeo, id manifestum fieri. Ex Auentino, cu-  
ius*

ius Codex Pauli Bernriedensis nomen præscriptum gerebat: Omnia autem, quæ Auentinus ex Paulo suo recitat, in hoc nostro reperiuntur, ut antea diximus. Nec refert quòd in nostro Exemplari non sit distinctio operis in duos libros, duobus enim libris Paulum Gregorij vitam complexum esse, testatur Auentinus: quia collector vitarum Uofhardus, de quo paulò post, qui vitam Gregorij cum cæteris in unum volumen coniecit; hanc fortè distinctionem sustulit, ut non rarò in omni genere librorum accidit: Sanè historia, quam nunc euulgamus, proluxa est, & commodissimè in duos libros scari potest.

*Argumentis quibus euincitur Paulum Bernried. esse huius Commentarij Auctorem.*

II. Paulus Bernriedensis scripsit vitam Herluca Virginis, cuius bonam partem transtulit in vitam S. V. Viçterpi, Episcopi Augustani, Reuerendus & perdoctus Pater, Carolus Stengelius. Ord. D. Benedicti ad S. Udalricum Augusta Vindelicorum, quã tibi nunc integram infrà exhibeo. In eo libello testatur Paulus se itidem vitam Gregorij literis mandasse; & quæ de cælesti quadam visione, Herluca

*Paulus scripsit quoque vitam Virginis Herluca.*



luce oblata in Actis Herluca scribebat, iam in commentario de rebus gestis Gregorij VII. explicasse. At quidquid Paulus in vita Virginis Herluca scribit de Christo, qui, clara die, vulneratus à multo sanguine stillans, sese ei cōspicuum prabuerat, id exstat in hac vita non procul à fine, ut ibidem annotauimus; quem admodum & illa, quæ de Adalberti Presbyteri de Rota interitu in vita Herluca Virginis commemorantur. Ex quibus perspicuè elucescit Paulum Bernriedensem utriusque lucubrationis auctorem esse.

Quo tempore  
Paulus hanc  
Historiam  
scripserit.

Sacerdotio  
initatur Pau-  
lus ab Vdalri-  
co Episc. Passa-  
uiensi.

Scripsit Paulus vitam Gregorij VII. Anno Domini MCCXXXI. Id inde planum efficitur: quia ad calcem huius commentarij ita loquitur de Udalrico Episcopo Passauensi, Altmanni successore. Hic (Thiemo seu Theodemanus Archiepiscopus Salisburgensis) ordinauerat nostræ humilitatis ordinatorem, reuerendissimum scilicet Udalricum Laureacensem siue Patauiensem Episcopum, atq; Apostolicæ sedis legatum, qui ante hoc septenniū, post multos agones,



tiensi & VVormaciensi solenniter consecrauit; hocque magnam fiduciã dedit Catholicis, vt in fidelitate S. Petri persisterent, & schismaticorum vesanię indefessius obfisterent.

*De Codice ex quo hac Historia exscripta.*

*Litera D. Tengnagelij.*

*Quis qualisq; fuerit Codex, ex quo hac Historia descripta est; malo cognoscas verbis Clarissimi & Doctissimi viri, Sebastiani Tengnagelij, absque cuius ope & opera foret, Paulus adhuc in tenebris cum situ & squalore, cumq; blattis ac tineis decertaret; fortassis sine ulla spe missionis. Ita ergo ille ad me Viennã. Paulum illum tuum, diu multumque perquisitum, nisi me coniecturæ fallant, feliciter eruisse videor. Extant enim apud me Vitæ sanctorum, Mensium Aprilis, Maij, & Iunij vnico Tomo in grandi, vastoque volumine comprehensæ, Auctore VVolfhardo quodam (vt è Præfatione in Iunium liquet) collectæ, & in membranas redactæ, notæ satis probæ, & ante quadringentos præter propter annos conscriptæ. Hisce extremo Maio vita GREGORII VII. Papæ adie-*

adiecta est: cuius initium sic se habet. *Figi-  
tur GREGORIUS VII. supra quem verè pri-  
mi GREGORII requieuit spiritus, natione  
Tuscus, patrem habuit Bonicum, & ipse Hil-  
debrandi sortitus est in baptismo vocabulum,  
&c.* Hinc in laudes eius excurrit, & non-  
nulla miracula memorat. Deinde vbi ad  
Rulandum Parmensem ventum est, quod  
ex Paulo Auentinus adfert, Noster pi-  
um patrem, id est, GREGORIVM, toto corpo-  
re se super eum (Rulandum, ne obtrunca-  
retur) proiecisse, omnibus de eius morte  
clamantibus, narrat. Hæc oratio GREGO-  
RII, quam & Auentinus leuiter perstringit,  
excipit. Addit & de gallina ouum mirifico  
cælatum opere pariente. quare, in eam ad-  
ducor sententiam, vt Auentinū hunc Au-  
ctorem & habuisse, & nonnullis in locis  
quæ verba, qua sensum sublegisse, non va-  
nè existimem. Quod verò Auentinus Pau-  
lum hunc duobus libris vitæ GREGORII  
complexum esse testatur, cum noster in li-  
bros distinctus haud sit, censeo Pauli opu-

sculum in Epitomen hanc à VVolfharto esse cōtractum. Vt vt sit, Auctor proximus ætati Gregorianæ haud longo interuallo fuisse videtur. In extrema siquidem pagina, vbi obitum Theodomari Iuuaiensis Episcopi commemorat, hæc subiicit: Hic, videlicet *Theodomarus*, ordinauerat nostræ humilitatis Ordinatorem, Reuerentiss. scilicet Vdalricum Patauiensem Episcopum, qui ante hoc septennium post multos agones pro assertione Gregoriani dogmatis, cuius ad normam & electus, & promotus fuerat, obdormiuit in Domino Anno ætis suæ, C V. &c.

*Hæc vir ille doctissimus & humanissimus. A quo tamen de Epitome vix persuadeor. Nam in hac nostra Historia adeò fusè Gregorij VII. res gesta describuntur (excepta Berengarij damnatione, quæ à Paulo præteritur) vt nemo maiorem copiam merito desiderare possit.*

*In hac itidem Gregoriana Historia ex veteri exemplari exscribenda, & cum autogra-*  
pho

pho conferenda, egregiam planè & fructuosam  
 Catholica rei operam cepit R. P. Georgius  
 Sturnus Societatis nostræ, in Collegio Viennēsi  
 Philosophia Professor, cui p̄inde, ut & clariss.  
 Tengnagelio, Paulus Bernriedensis salutem,  
 vitamque suam; & omnes veri amatores, &  
 Schismaticorum atque Hæreticorum osores,  
 grates gratias debent. Vtinam alterum exem-  
 plar nancisci licuisset. Ego certè ut nāciscerer,  
 nullis laboribus peperci. Sed frustra fui; hactē-  
 nus quidem; sed non despero. Erit, qui à nobis  
 inchoata perficiat, etiam Gerocho in lucem ex-  
 tracto. Fiat, fiat: neque enim aliud occurrit,  
 quo desiderium meum explicem.

## DE ETYMO NOMINIS HILDEBRANDI.

**R**LACET audire, quid originationum  
 inuestigatores de Etymo huius voca-  
 buli Hildebrandus tradiderint, cum  
 enim sectarij hoc nomen semper in ore circum-  
 ferant, & Gregorium VII. Papam vix un-  
 quam Gregorium; sed ferè semper Hildebrā-

B 3 dum

Quasi notatio  
nominis Hil-  
debrandus.

dum appellitent; dispicere oportet, num sit eius-  
modi nomen, quod Gregorio pro bri loco oggeri  
iure queat, & num satis cause habeant, cur  
Hildebrandum, in Hellebrandum, veteres  
Schismaticos imitati, transforment.

Anonymus de propriis nominibus Germa-  
norum, quem quidam Lutherum existimant.  
Exstat tomo primo operis historici editi Basi-  
lee, Anno M. D. LXXIV. Et separatim  
quoque Vrsellis Anno M. D. LIX. expresse  
sub Lutheri nomine libellus iste euulgatus est.

Est Brynn seu Brenn (vt antiqua carmina  
\*Heldenbuch. \* heroum indicant) galea, praefertim cri-  
stata seu cornuta: ergo Brennus est Galea-  
tius, & Brennburg vel ducis Brenni castel-  
lum vel Brennorum, ceu praefidium Galea-  
torum & armatorum ad tutandam regio-  
nem. Et scarabeus iste maiusculus, qui ga-  
leatus rubris cornibus & alis testaceis ar-  
matus, Husbrenner dicitur in nostra re-  
gione. Hildebrand pro Heltbrenn, id est gi-  
gas & heros Brennorum, ceu caput & dux  
eorum, hodie Hauptmann ober den reifigen  
Zeug!

*Zeug*/ Helt enim heroem, velut Achillem vel Hectorem significat. Luitprand Rex Longobardiæ pro Lutbrenn, id est hominum galeatus, qui homines armis tutatur, diximus enim Luit, Lyt, seu Suevicè Leute, significare homines numero plurali. *Licet verò in hac etymologia nimis violenta videatur mutatio Brand in Brenn; inde tamen elucet Hildebrandū Lutherò non esse Hildebrandum, hoc est, inferni titionem, ut Lutherani & Calviniani nunc calumniantur, sed Brennorum, hoc est, galeatorum Ducem, caput, præsidium, & tutamen. Et verò talis Hildebrandus fuit Gregorius VII. Heroem enim, Ducem & antesignanum se præbuit illi exercitui; ad quem hæc Apostoli Ephes. 6. exhortatio exstat. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induiti lorica iustitiæ, &c. & galeam salutis assumite, &c. Quanta enim bella Heros iste, & ut Germani appellant, Helde, ( à quo Lutherus Hildebrandi nomen deducit ) suscepit, & feliciter tam contra aspectabiles, quam in aspectabiles hostes*

hostes



hostes confecerit; abundè docent cum alijs, tum Paulus noster; ita ut non nisi nutu diuino Hiltebrandi nomen ei primitus obtigerit, pro cuius tam honesta Etymologia, est quòd Luthero, alioqui immerentissimo, gratias agamus: si tamen Lutherus est Auctor libelli, de quo antea.

*Alia origina-  
tio vocis Hilde-  
brandus.*

A predicta originatione non multum abit alia Goldasti Caluiniiani, qui in Notis ad Paresneses Tyrolis Scotorum Regis putat eos, qui nominantur Celtæ, veteribus fuisse Cheld, aut aspiratione duplicata Hheld, qui nobis nunc Held. Sic Hiltebrandum dictum, quasi, Chelte Bren, hoc est, Celtam Brennum: Et ab eadem origine descendere itidem ista: Hiltebolt, Hiltiman, Hiltiuuin. Et mulierum nomina Hiltigart, Hiltrut, Hiltegunt, Adilhilt, Reginhilt. Ubi iterum vides, in Hildebrandi vocabulo nihil esse infernale seu Tartareum, ut heretici criminantur; sed omnia Heroica, ab Celta seu Heroë & galea.

Auentinus in Nomenclatura priorum nominum. Helt, heros. Hyld, Huld, amor est. Hyldeprand, amoris titio. Idem habet, Luit-

Luitprand, populi titio & amor. *Sed prand  
sive brand in istiusmodi compositis pro titio-  
ne accipi; multis parum fit verisimile: licet  
ita etiã sentiat Paulus noster in ipso Historia  
sua vestibulo. Utcunq; tamẽ sit, neq; Auenti-  
no in mentem venit, Etymon Hildebrandi ex  
Orco petere; sed ab Heroë vel amore sumpsit:  
cuiusmodi multa propria nomina Germani  
habent; ut Huldreich, Huldenreich, Amor  
Regni, sive, amoris diues & plenus. Vulgo,  
Vlricus. Priscis, Hyldericus. Celtis, Chylde-  
ricus. Hyldeprecht, amari dignus. Hylde-  
bertus. Celtis, Chyldebertus. Hyldegart, a-  
morishortus. Huius generis plurima inue-  
nies vocabula tam virorum, quàm mulierum  
in Catalogo Nominum propriorum, quibus  
Alemanni quondam appellati fuerunt. Tom.  
2. Script. Alemannicorum.*

Fuit quoque maioribus nostris Brand gla-  
dius. Quo sensu voce illa Poëta Itali etiam nũ  
utuntur. Quid si igitur Hildebrand seu Hil-  
debrand, sit Herois, vel amoris gladius?  
Nam ridiculus mihi ille videtur, qui in libel-  
lo, quem inscripsit, etyma variorum nomi-  
num,

C

num,

num, &c. nobis hanc originationem procudit. Hillebrant, Hillebrandus, Hillam ardens, amans, procans: Saltem dixisset. Hilt, seu Hiltam amans; nam hac duo sunt mulierum nomina, ut ex proximè citato Catalogo constat. Haecenus de nomine Hildebrandi.

Gregorium Græcis idem esse, quod Latinis Vigilium; & Vigilantium, (iam tamen probrosum & inauspicatum nomen, ob Vigilantium Hereticum) notius est, quàm ut multis demonstrandum sit. Veteribus Alamannis erat Gregorius Vuachar, Vuachere, Vuachiri. Vuacho. Vuahcho. Porro Gregorium VII. Gregorij nomen non frustra tulisse, norunt cum gaudio Catholici: Schismatici & heretici non sine gemitu.



PAV-



PAVLI BERN-  
RIEDENSIS DE RE-  
BUS GESTIS GREGORII VII.  
PONTIF. MAXIMI LIBER  
SINGVLARIS.

<sup>a</sup> Exordium  
hoc indicare  
videtur pra-  
cessisse praefa-  
tionem Pauli,  
omissam ab al-  
lo, qui varias  
vitas, & in il-  
lis hanc Grego-  
rij, in Synum  
volumen com-  
portauit.

<sup>b</sup> Vide Baron.  
Tom. II. Anno  
1073. N. 16.

<sup>c</sup> Etiam hodie  
Germanis Hilde-  
brandi nome-  
stratum est.

Hæretici ex o-  
djo Hellebrā-  
dum, quasi in-  
fernale titio-  
nem ignomi-  
niosè nuncu-

pant, qua cri-  
minatio vetus  
est, et paulò  
post ex ipso

Paulo audies-  
d Etymon no-  
minis Hilde-  
brandi, & eius  
ratio.

Psal. 118.

**G**ITVR <sup>a</sup> Gregorius Septimus, super quem  
verè primi Gregorij requieuit spiritus, <sup>b</sup> na-  
tione Tuscus: Patrem habuit nomine Bo-  
nicum, & ipse <sup>c</sup> Hildebrandi sortitus est in  
baptismo vocabulum, non sine grandi præfagio futu-  
rorum. <sup>d</sup> Hildebrandus enim Teutonicæ linguæ vernacu-  
la nuncupatione *perustionem* significat cupiditatis  
terrenæ, qualem Psalmista sibi diuinitus impertiri pre-  
catur, dicens: Psal. 25. *Proba me Domine, & tenta me, ure-  
renes meos, & cor meum.* Aptè verò in baptismo datum  
est hoc nomen, dicente Ioanne Baptista: Marc. 1. *Ego  
quidem vos baptizo in aqua in pœnitentiam: qui autem ven-  
turus est post me, fortior est me, cuius non sum dignus calcea-  
menta portare: ipse baptizabit in Spiritu sancto, & igne.* De  
hoc igne ipse Saluator ait: Luc. 12. *ignem veni mittere in  
terram, & quid volo, nisi ut ardeat.* Quoniam ergò vir iste  
ignito eloquio Domini repulsurus erat à domo Dei igni-  
ta iacula inimici, non incongruè prætulit incendium

C 2

appel.

appellatione, quod exhibiturus erat feruentissima charitatis, & veritatis attestatione.

<sup>a</sup> *Alia ratio, cur iure Hildebrandi nomen tulerit.*

<sup>b</sup> *Hac non leguntur apud Isidorum lib. de Vita & morte Sanctorum; sed in illo, qui inscribitur de Prophetarum vita & interitu; Albano Tornino Interprete; & exstat inter opera*

*Latina S. Epiphani, cuius etiam nomen praefert. Eadem leguntur in Synopsi Dorothei de Vita & morte Prophetarum. Similes ignis fulgores aliquando circa aliorum Sanctorum capita visi sunt. Vide Sulpitium Dialog. Tertio de S. Martino. Ribad. lib. 1. de Vita R. P. N. Ignatij, & primam Apologiam pro S. B. P. Ignatij lib. 1. cap. 10.*

<sup>c</sup> *Nam cum Simoniacis & luxuriosis clericis Gregorio perpetua pugna fuit.*

<sup>d</sup> *De quo Martyrolog. Rom. 11. Maij. Sur. Tom. 3.*

<sup>e</sup> *Luc. 1. Similia prodigia olim in Ethnicis quoque visis, prosperi euentus indicia. Vide Valerium Max. lib. 1. cap. 6.*

<sup>4</sup> *Reg. 1.*

<sup>a</sup> Habemus adhuc firmiores in eo diuini feruoris praemonstrationes, ex quibus eum quondam Eliæ Prophetæ assimilauimus, cum fortè Isidorum de ortu & obitu Prophetarum legeremus. Ibi enim, <sup>b</sup> si memoria non fallit, caput Eliæ recens nati globo ignis traditur illustratum, ad praesignandum videlicet diuinæ æmulationis ardorem, quo tandem inflammandus erat contra prauaricationes pessimorum Regum, atque seductiones pseudoprophetarum; Simili modo & Gregorij, siue Hildebrandi paruuli vestibibus scintillæ ignis visæ sunt emicuisse, ad praenotandum sine dubio sancti zeli feruorem, quo & ipse igniendus erat contra graui-

simas insolentias <sup>c</sup> Heinricianæ vesaniæ, & contra intolerabiles effrænationes sacerdotalis incontinentiæ: hanc autem scintillarum visionem sæpius ostensâ primitus in eo Cluniacensis monasterij <sup>d</sup> Pater sanctus Maiolus fertur adnotasse, atque illud B. Ioannis Baptistæ adaptasse: *Iste puer magnus erit coram Domino.*

Denique vt cunctas visiones ignis, quas de eo comperimus, sine intermissione cõmemoremus: <sup>e</sup> visa est etiam de ipsius capite quodam tempore flamma procedere, ad expressiorem similitudinem Eliæ, si ætatum fulciremur cooperatione. Verum, sicut illud prophetiæ increpationis prodigium contigit in infantia; ita istud Apostolicæ examinationis ostentum accidit in ætate perfecta.

Fuit & in hoc aliqua similitudo Eliæ, quod contemptus

ptus à quodam calumniatore terribiliter vindicatus est  
 cælesti igne. Nam cum esset Archidiaconus Antecef-  
 foris sui <sup>a</sup> Alexandri, pauper quidam intolerabilem su-  
 stinens sibi hereditatis ablatæ iniuriam, ab iniquissimo,  
 & metuendæ potentæ viro, flebilem querimoniam de-  
 tulit Pontifici Romano. Verùm, cum propterea sibi  
 quoque damnùm ab animo irreuerenti & infrunito <sup>Memorable!</sup>  
 subeundum formidaret, & iusta sententia misericordi-  
 am subleuare trepidaret, iustus Hildebrādus, quasi Leo <sup>exemplum iu-</sup>  
 confidens, cum primum Pontificem ad exferendam vl-  
 tionem excitare, & confortare tentasset, sed eum à pu-  
 sillanimitate spiritus nequaquam liberare præualuis-  
 set, sibi vicem illam misericordiæ, & veritatis commit-  
 ti postulauit. Qua protinus accepta, sententiam ana-  
 thematis in prædonem dedit. At ille, vel non habens, <sup>Hildebrandus</sup>  
 vel erubescens habere videri timorem tanti iudicij: <sup>raptorem ex-</sup>  
 cum ex inde tertia die solito exultantis, vel insultantis <sup>communicat.</sup>  
 equestrem militiam inter commilitones ventilasset, <sup>En miserabi-</sup>  
 subitò fulminis ictu percussus, veluti durus Pharao, in <sup>lem raptoris</sup>  
 stagno ignis ardentis submersus est. <sup>interitum.</sup>

Interea vidit illud famosum somnium, Pontificalis  
 excellentiæ, & efficacæ vaticinium, quod scilicet ex  
 ore eius ignis exiret, qui totum mundum igniret, haud  
 dubium, <sup>b</sup> quando ille ignis, quem Dominus I E S V S <sup>b quin</sup>  
 Christus misit in terram, & voluit vehementer accen- <sup>Luc. 12.</sup>  
 di. Verùm non sic impij interpretati sunt, neque sic ma-  
 lignantes experti sunt: Nam quia Spiritum sanctum  
 blasphemauerunt, cumque in seruo suo arguentem de  
 peccato, <sup>c</sup> infernalem titionem vocauerunt: iusti DE I <sup>c Hic Sides Sn-</sup>  
 vltione, irremissibili delicto obligati, perpetuam mise- <sup>de recentiores</sup>  
 riam malignæ appellationis inciderunt, & mirum in <sup>Hæretici hoc</sup>  
 modum, quod piis erat salutiferum, impiis factum est <sup>conuicium in</sup>  
 mortiferum. <sup>Gregorium</sup>  
 C 3 Hic <sup>VII. accepe-</sup>  
 rint.

3. Reg. 18.  
Gen. 4.  
3. Reg. 8.

<sup>a</sup>Vide Bruno-  
nem de Bello  
Saxonico.

Mathildis Co-  
mitissa.

Psal. 75.

<sup>b</sup>De hoc Mo-  
nasterio exstāt  
tres Epistola  
Ioannis VIII.  
Pontif. Max.  
Epist. 47. 48.  
49. Tom. 3. Con-  
cil. Edit. Bi-  
niana.

Hic succedit miraculum non solum Eliæ, sed etiam iusti Abel, & sapientissimi Salomonis, nec non & aliorum Patrum exemplis gloriosum, quorum videlicet libaminibus illapsa est per speciem ignis gratia sancti Spiritus. Domino namque auctore sublimatus in specula Apostolorum Petri & Pauli, cum in vniuersam terram produceret sonum eorum, & in fines orbis terræ disseminaret verba eorum, <sup>a</sup>moderni Neronis scilicet quarti Henrici Regis, cuius flagitiis, & facinoribus omnis prædicatio veritatis, velut ignis vrens, intolerabilis erat, grauissimam contra se persecutionem commouit, ideoque necessitate compulsus fugere de ciuitate in ciuitatem, Christianissimæ Comitissæ Mathildis tutelam ad tempus expetiit.

Cumque apud eam *in pace factus esset locus eius, & habitatio eius in Sion*, hoc est, in specula diuinæ contemplationis, recurrente temporū rota, fortè imminebat dies maximè dedita Pontificalibus officiis, quæ nuncupari solet *Cæna Domini*. Hanc ergò celebraturus, adiit Abbatiam, vocabulo <sup>b</sup>*Nonantulam*, sanctorum prædecessorum eius Siluestri, & Adriani patrociniis gloriosam. Ibi nempe sacrosanctis insistens ministeriis, cum iam consummaret sanctificationem chris-matis, subitò cælitus inflammante benedictum liquorem claræ specie ignis, conglorificatus est antiquis Patribus signo diuinæ acceptionis.

Sed iam congruum videtur, miracula de igne in mirabili extinctione ignis finire, quæ in Chronicis venerabilium virorum hac occasione legitur accidisse. Cum prædictus Henricus Romanæ ciuitatis mœnibus hostili manu assedisset, & ob hoc ignem quodam loco inie-cisset, vt populo à tutâdis propugnaculis ad auertenda

combustionis pericula conuerso, sine prohibitione irumperet; intelligens hanc versutiam fortissimus in fide Christi Gregorius, signum Crucis appinxit, & velut Tiberis inundantiam effunderet, incendium protinus exstinxit, plebemque ad propugnacula defensanda redire præcepit.

*Signo sancta  
Crucis incen-  
dium exstin-  
git Gregorius.  
Idem testatur  
Bertholdus Co-  
stantiensis in  
Chronico An-  
no 1082.*

Nobis etiam redire placet ad commemorandam pueritiam eius, in qua auunculo suo Abbati Monasterij S. DE I Genitricis MARIÆ in Auentino monte ad instructionem liberalis scientiæ, & compositionem moralis disciplinæ à parentibus commendatus, in breui ostendit spectabiles flores vtriusque nutrimenti. Iam verò adolescentiam ingressus, profectus est in Franciam<sup>a</sup> domiturus inibi carnis petulantiam & molestia peregrinationis, & instantia eruditionis. Inde post aliquot annos Romam rediturus, occulta DE I præparatione, moram fecit aliquantum temporis in aula Henrici III. vt quia sublimandus erat in culmine sacerdotij, profectus eius manifestus fieret omnibus ex alta specula Regni. Hinc ipse Imperator aiebat: nunquam se audisse hominem, cum tanta fiducia Verbum Dei prædicantem; Probatissimi quoque Episcoporum Reipublicæ consulentium admirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius.

*Pueritia Gre-  
gorij.*

*a ad Monaste-  
rium Clunia-  
cense.*

*Versatur Gre-  
gorius in aula  
Henrici III.*

*Testimonium  
Imp. de Hilde-  
brando.*

Posthæc Romam reuersus, cum studio perfectionis insisteret, & accepta diuinitus talenta intellectus atque operationis duplicare satageret, torpentes domesticos sensit inimicos, & illud veritatis elogium probauit: *nemo Propheta acceptus est in patria sua*. Proinde parcere volens inuidiæ, & maiorem charitatis fructum quærere, ingredi statuit in partes Germaniæ, & Galliæ. Cumque venisset ad<sup>b</sup> Aquas pendentes, apprensus ei in visione B.

*Romam redit.*

*Luc. 4.  
Parat iter in  
Germaniam  
& Galliam.  
b Vrbs Italia.  
Apparet ei S.*

**Petrus, Petrus.**



Petrus, qui iam ascensiones eius in cathedram suam disponebat, prodire eum ulterius prohibebat. Ipse autem fallacem existimans imaginem, à proposito itinere non reflexit. Item secundæ noctis similem visionem præteriiuit. Tum verò tertia nocte cum maximo terrore ingrens se facies Apostolica, grauiter eum luiturum, si non reuerteretur, intentauit; sicque eum in Romanæ Ecclesiæ solatium reuocauit.

*Veratur & ulterius progredi.*

In diebus illis, mortuo Damaso secundo, successit nonus Leo; qui, laudabilis viri prudentiam, & sanctitatem ex corde veneratus, & amplexatus eius per omnia consilia, <sup>a</sup> incepit; & hæc eorum concordia plurimum in agro dominico spinis erutis fructificauit.

*Succesit Leo Damaso Anno Christi 1049. a fort. sequi incepit.*

*De amicitia Leonis IX. & Hildebrandi lege Baron. Anno M. XLIX.*

Interea Subdiaconus ab eodem Papa ordinatus, monasterio S. Pauli miserabiliter desolato, prælatus est, tali primitus visione confortatus. Apparens ei B. Paulus in Basilica sua stabat, ac palam manibus tenens stercore bouum de pauimento leuabat, ac foras iactabat. Cumque spectator ociosus assisteret, increpabat eum Apostolus, quare non se adiuuaret, insitque eum palam apprehendere, & simum, sicut ipse faceret, eiicere. Latrunculis enim Campaniæ diripientibus subsidia alimonix, in tantum languorem inciderat obseruantia sanctitatis & Regulæ, vt & armenta licenter ingredientia domum orationis fœdarent; & mulieres, in Refectorio necessaria ministrantes, famam paucissimorum, qui remanserant, monachorum dehonestarent. Eliminata igitur omni spurcitia, & recuperata victualium sufficientia, congregauit honestam multitudinem Regularium monachorum: quorum religione, & disciplina venerabiliter vsque hodie pollet locus iste.

*Fit Abbas Monasterij S. Pauli.*

*Hildebrando apparet S. Paulus.*

*Fit Abbas Monasterij S. Pauli statim.*

*Reformatur ab Hildebrando.*

Deni-

Denique tam singularem cœpit habere fiduciam super opitulationibus precum illorum, vt, si quando non liberaretur ab aduersitatibus, certissimū ei signum fieret, alicuius delicti impedimentum esse inter eos; quo præsentiæ ipsius examinatione correcto, solito cursu liberationem eius acceleratam<sup>a</sup> ferret oratio. Beatus planè Pater, & beati filij Mater, quos inter ignorantia, & impunitas culpæ moram non potuit habere, sed exemplo quidem Iosue prodita, *in spiritu lenitatis*, secundum Apostoli præceptum, castigata est. Si qui tamen, cuiuslibet professionis fuerint, maiores culpas, & maximè ad immunditiam, vel sacrilegium pertinentes apud S. Paulum committere præsumpserunt, mox in Apostolicæ reuerentiæ<sup>b</sup> ab exterminatore perierunt. Sicut enim primi Gregorij tempore<sup>c</sup> B. Andreas Apostolus vltor exstitisse legitur<sup>d</sup> sui sanctuarij: ita & in diebus Hiltibrandi, eiusdemque Gregorij VII. B. Paulus Apostolus vindex enituit sui sanctificij, vtroque scilicet Apostolo cooperante<sup>e</sup> suo operario.

<sup>c</sup> *Lege Ioan. Diac. lib. 4. cap. 96. 94. d Monast. à S. Gregorio exstructum ad scauriclium in honorem S. Andrea Apostoli. Diac. lib. 1. cap. 6. e Gregorio I. & Gregorio VII.*

Interea spiritualis agricola, sanctus videlicet Leo (IX.) Papa, considerans, & admirans multum fructum palmitis huius, eo quòd ipse maneret in Christo, & Christus in ipso; dilatauit in eo mansionem Christi per impositionem Ordinis Leuitici, & vt fructuum plus afferret Romanæ Ecclesiæ, Archidiaconum instituit.

Posthæc in partes Galliarum directus, ita creditum sibi Apostolicæ vicis exhibuit officium, vt meritò cum Apostolo dicere posset: (2. Cor. 2.) *DEO gratias, qui semper triumphat nos in Christo IESU, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. quia Christi bonus odor sumus*

D DEO,

*Quantum spes posuerit Hiltibrandus in fratrum suorum precibus.*

*a M. S. Fores. ferebat.*

*Ios. 7. Galat. 6.*

*b Hic deest aliquid. Fortè respon. honorè, & vindictam. Ioan. Diac. lib. 4. Vita S. Gregorij cap. 97. Plurimis documentis probatum est in codè (S. Gregorij) fornicationis contagione pollutos diu subsistere omnino non posse. Ioan. 15.*

*Fit Archidiaconus Eccl. Rom.*

*In Gallia proficiscitur, Anno 1055. missus, à Victore II. Bar. dicit eum tunc adhuc fuisse Subdiaconum.*

Et probat ex  
Desiderio Caf-  
sinensi. Forte  
Desiderius per  
a Lege Bar.  
Anno M.LV.  
N.15. & seq.  
b Callistus, qui  
Pontificatum  
inuit Anno M.  
D. XIX. Vide-  
tur Paulus,  
cum Roma ef-  
set, Callisto  
familiaris fu-  
isse.

Mirabilis pœ-  
na Simoniaci.

Lege Bar. An-  
no 1055. Vide  
etiam Apolog.  
pro Greg. VII.  
Tom. 2. Bellar.  
Defens. fol 31.  
Eand. Hist. re-  
fert Desideri-  
us Abbas apud  
Bar. Petrus  
Damianus, &  
Malmesburi-  
ensis lib. 3. de  
gestis Regum  
Anglia.

DEO, in iis, qui salui sunt; & in iis, qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vite in vitam.

Subdiaconum idem intellexit; quod Paulus per Archidiaconum.

Primam sanè odoris huius fragrantiam Lugdu-  
num, quæ prima sedes est Galliarum, synodali discussio-  
ne suscepit. Nam sicut Papa<sup>b</sup> Kalistus narrare consue-  
uit, prima Concilij die, proclamatus est quidam Pseu-  
doepiscopus de Simoniaca Pontificalis culminis ascen-  
sione; sed quia ad finem perducere non potuit probatio,  
in sequentem diem prolata est. Interim quid faceret  
sibi malè conscius? Quò se verteret? ad amante durio-  
rem iudicis mentem nullo munere ausus est attentare,  
non dubitans se per hoc ardentissimum veritatis ama-  
torem magis exasperare, quàm placare. Data igitur pec-  
unia, oppilauit ora tam accusatorum, quàm testium,  
& cooperante securitatis insolentia, tumidus crastinæ  
sessioni cognitoris insultauit dicens: *Vbi sunt, qui me ac-  
cusabant? nemo me condemnauit.* Ad hæc zelotes DEI al-  
tè gemitu suspirans, & frixorium cordis sui super illis,  
qui corrupti erant, dedignatino gestu significans, ait ad  
corruptorem: *Credis, ô Episcope Spiritum sanctum  
vnius cum Patre, & Filio esse substantiæ, & Deitatis?*  
Quo respondente, credo. Dic, inquit, *Gloria Patri, & Fi-  
lio, & Spiritui sancto.* Cumque hunc versiculum ad com-  
mendandam sanctæ Trinitatis fidem à Nicænis Patri-  
bus hymnizando prolatum, & B. Hieronymo pro suc-  
centu singulorum Psalmorum<sup>c</sup> Damaso Papæ com-  
mendatum, fiducialiter adorsus fuisset; *Gloria Patri, &  
Filio,* dicebat; sed, Spiritum sanctum nominare mini-  
mè valebat. Secundò tentare admonitus, defecit in *Fi-  
lio.* Tertiò repetere permissus, obticuit in *Patre.* Tunc  
demum pedibus Apocrisiarij prouolutus, Simoniacum  
*se*

<sup>c</sup> Vide lectiones Breuiarij Rom. festo S. Damasi.

se esse professus est. Qui mox, vt ab Episcopatu depositus est; *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto*, clara voce personuit. En his diuinæ cognitionis iudiciis feruntur nonnulli Pseudoëpiscoporum compuncti, malas conscientias spontanea confessione prodidisse, & iniuste acquisitas dignitates, iuste dimisisse.

*Multi exempla multati Simoniaci ad meliorem mentem redeunt.*

Idem venerabilis Archidiaconus Synodum tenuit, cui Hugo Cluniacensis Abbas interfuit: in qua Episcopum quendam ordine iudiciario deposuit. Inde simul ambo profecti ad flumen quoddam peruenientes transfuadabant. Archidiaconus verò præcessit Abbatem. Transmisso igitur flumine, conuersus retrò respexit, & dixit: cur<sup>a</sup> talia de me cogitasti? Abbas verò respondit: Tu ne es DEVS, qui cogitationes hominum te scire asseueras? DEVS, inquit, non sum: sed tamen, quæ in animo voluebas audiui. Dixisti enim in corde tuo, magis Episcopum illum causa iactantiæ, quàm zelo DEI deposuisse. Percussus Abbas conscientia: rogo te, inquit, per charitatem DEI, vt edicas mihi, quomodo hoc sentire potuisti? quia venientem te, inquit, per alueum fluminis respexi, & quasi filum tensum ab ore tuo vsque ad aures meas: inde, hoc perpendisse sensi.

*a Hildebrandus occultas cogitationes cognoscit.*

*b me*

Altera item die, cùm ambo, Archidiaconus videlicet, & prædictus Abbas Cluniacensis, Ecclesiam quandam ingressi fuissent, Camerarius Abbatis stans ad orationē, clam aliquos nummos è marsupio protulit, atque pro expensis tribuendos de manu in manum calculauit. Interrumpens autem orationem Archidiaconus vociferando: exi diabole; ac Ecclesiam eum relinquere coëgit. Tum Abbas: inhumanè, inquit, agis, quòd neque orationem nos complere permittis. Orationem, ait, Monachi tui sciscitare, & cur id fecerim,

*Exemplum cuiusdam, qui in templo nummos numerabat.*

D 2            pote-

poteris cognoscere. Requirens igitur Abbas, inuenit, quod nummos computasset. Consequenter Archidiaconus intulit; & ego teterrimum spiritum ante ipsum hoc idem simulare vidi.

*a Idem refert  
Malmesburi-  
ensis lib. 3. de  
Gest. Reg. An-  
glie. Baron.  
commemorat  
Anno M. L. X. I.  
Præidet Hil-  
debr. futuram  
pestilentiam.*

<sup>a</sup> Eodem itinere venerunt ad quandam ciuitatem multa mortalitate laborantem: in qua vidit Angelum DE I erecto gladio paratum ad occisionem. Vnde, cum irent ad Oratorium secundum consuetudinem, rogabat Abbatem, vt breuiaret orationem, & quantocys relinqueret ciuitatem, alioquin omnes perituri essent. Dicto parens Abbas velociter reuersus est ad hospitium, & ecce reperit duos viæ socios repentina morte prostratos. Cumq; festinantissimè deseruissent locum pestilentie, Abbas iam potitus sciscitandi libertate, percunctatus est venerabilem Leuitam, quid vidisset, quod tantam properationem indixisset: & quod prædictum est, audiuit.

*b Stephanus  
X. qui post Vi-  
ctorem II. Pon-  
tificatum inuit  
Anno M. LVII.  
mortuus M.  
LVIII.  
c De hoc Bene-  
dicto lege Bar.  
M. LVIII. &  
de Electione  
Nicolas II.  
ibid.  
d Anno M.  
LXI.*

Inter hæc, Romam proficiscens, cum audisset, mor- tuo <sup>b</sup> Stephano Papa <sup>c</sup> Benedictum quendam ab iniquis, & importunis hominibus contra Canones in Apostolica sede substitutū, magis accelerauit iter suum, collectaque Synodo Episcoporum in Tuscia, Benedictum quidē sancti Spiritus iudicio condemnauit: Gerhardum verò Florentinæ ciuitatis venerabilem Episcopum communi bonorum consensu electum, Apostolicæ sedi inthronizauit, atque Nicolaum II. nominauit. Hoc autem post biennium defuncto, successit <sup>d</sup> Alexander II.

*Miraculum ab  
Hiltebrandum  
pateratione.*

Huius Camerarius nomine Ioannes narrare solebat factum in semetipso diuinæ curationis miraculum per venerabilem Hiltebrandum adhuc Archidiaconum. Nam cum idem Ioannes apud Tusculanum ni-

mis

mis acri febrium dolore fatigaretur, misso nuncio, beatum virum rogauit obnixè, ne pigritaretur venire vsque ad se. Nec mora; quia boni nuncij hominem esse cognouit, venire non renuit. At ille nimio gaudio repletus in aduentu eius, traditis ei omnibus suis, commendauit etiam, humiliter implorans, vt communem Dominum pro se deprecari, ac religiosos homines in id ipsum curaret adhortari. Tunc vir DEI domestica pietate ab intimis visceribus commotus, eiectis omnibus, se diutissimè in orationè cum lacrymis absq; verborum strepitu dedit. Cōpleta oratione, Comitissam, cum qua idè Ioannes morabatur, vocauit, eamq; vt refectiōnem, pullū videlicet gallinæ, infirmo præpararet, hortatur. Cui renitenti, eò quod lōga debilitate stomachum adeò infirmatum esse non ignorauit, vt etiā ante aliquot hebdomadas cibum percipere fastidierit: Vir DEI respondet: sine modò. Scias enim, quòd tam festinanter non præparabitur, quomodo ipse desiderabit. hoc ita res probauit. Nam sufficienter refectus obdormiuit soporatus, ac de omni illa validissima inualetudine sine mora conualuit.

Iterum vir beatus ad Ecclesiarum directionem à Domino Papa destinatus, cum inter multa bona opera, quæ operatus est, Antistitem quendam falsis criminibus impetitum à malignantium calumniis, duce spiritu veritatis, eripuisset, Romam reuersus Basilicam PETRI Apostoli causa orationis, & gratiarum actionis ingressus est. Erat ei familiare diuerticulum ad B. MARIÆ DEI Genetricis iconem consistentem intra eandem Basilicam, vt ante eam orando procideret, & plorando cor suum effunderet. Igitur cum hac vice secundum hanc consuetudinem

*Hildebr. cultor  
Despara.*

*Coram imagine  
D. Virginis  
preces fundit.*

D 3      fa

*Imago D. Virgi-  
nis lacryma-  
tur.*

*Falsò accu-  
satur apud Ale-  
xandrum II.*

*Quid significa-  
runt lacryma  
imaginis.*

*Falsitas mox  
patefit.*

*Imago Deipa-  
ra aridetur Hil-  
debrando.*

*Synodus Nica-  
na II. Act. 5. ex  
Sophronio in  
Prato spiri-  
tuali cap. 180.*

*a Synod. Nic.  
Vbi possessio-  
nem habebat  
milliaribus ab  
Hierosolymis  
viginti paruis.*

facturus accessisset, vidit, quod dictu mirabile est ipsam imaginem lacrimas stillare, & quasi dolorem suum pro aliqua dilecti sui molestia significare. Ipse autem repletus stupore & extasi, postquam satis in admirationem defixus est, lacrimis lacrimas vbertim reddidit, & supplicatione cōpleta, Lateranense Palatium salutaturus Domnum Papam reuisit. Qui mox perlato ad eum falsi rumoris excipiens indicium, quod videlicet pro muneribus prænотatum iustificasset Episcopum, patenter dedit intelligi, quid in sacra imagine significasset similitudo condolendi. Verum cum sapientia, quæ lucebat in vultu eius, rationem cōpisset reddere, erubescabant omnes, qui in præsentia erant, aduersarij eius, & iuxta B. Hieronymum, falsus rumor citò opprimebatur, & mordax lingua citò confodiebatur: quippe vita ipsius, voce & exemplo commendabatur. Inde cum prædicto more solito repeteret imaginem, conuerso miraculo, vidit eam aridere sibi tanquam triumphatori.

Ne autem hæc miracula quamuis de sanctis, tantum de insensatis rebus, incredibilia videantur: ex probabilioribus Orthodoxorum Patrum scriptis fidē dare volumus, quædam ex his mutuantes exempla, quæ cōtra huiusmodi incredulitatem non putamus inualida.

Sic enim legitur in Actionibus septimi vniuersalis Cōcilij autoritate primi Adriani Papæ collecti: *Narrauit nobis Dionysius Presbyter Ecclesie Ascalonis de Abbate Ioanne Anachoreta dicens: quia hic magnus in presentigeneratione fuit homo & ad statum suum DEO placentem hoc de eo miraculum asserbat: In specu, inquit, senex sedebat in partibus Sochus possessionis ab Hierosolymis miliaribus IX. ferme distantis. Imaginem autem habebat senex in specu sancta, & intemerata Domina nostra DEI genitricis, & sem-*

*per*

per Virginis *MARIAE*, habentem in vlnis Christum Dominum nostrum. Quotiescunq; igitur volebat quoquam pergere, aut ad eremos longinquas, aut Hierosolymam ad adorandam sanctam Crucem, & sancta loca, veletiam in Sina monte oraturus, aut ad Martyres, qui ab Hierosolymis multis spatiis aberant.

Erat enim amicus Martyrum oppido senex: Nam, nunc quidem ad *S. Ioannem, Ephesum*; nunc verò ad *S. Theodorum* <sup>a Eucharistiam.</sup> *Eucharistiam*, aut ad *S. Theclam Seleuciam* pergebat, vel ad *S. Sergium* <sup>b Soph. Sarapham.</sup> *Araphani*, præstruebat candelam, & succendebat, sicuti habebat consuetudinem: & ad deprecationē stans, ut iter sibi dirigeretur; dicebat ad Dominam, in imaginem eius attendens: *Sancta Domina DEI genitrix*, quoniam viam habeo longam ad ambulandum, multorum dierum spatium habentem, de candela tua curam habeto, & inextinguibilem eam secundum meum propositum custodi. Ego enim adiutorium tuum comitem habens vadam. Et his ad imaginem dictis, abibat: & proposito itinere completo, reuertebatur aliquando quidem mense vno, aliquando verò duobus, vel tribus, nonnunquam quinque, aut sex moratus, & sic inueniebat candelam ordinatam, & ardentem, ut eam ad iter agendum egressurus sinebat; nunquam illam aliquando à semetipsa extinctam vidit: neque à somno surgens, neque ab eremo rediens in speluncam.

Item ex eisdem Actionibus ex vita *S. Theodori Archimandritæ*. Cum esset annorum quasi *XII.* facta est mortalitas ex bubone in illa villa, ita ut & ipse infirmaretur penè ad mortem. Porrò detulerunt eum in oratoriam domum *S. Ioannis Baptistæ*, quæ erat iuxta villam, & strauerunt eum ad introitus altaris. Porrò supra illum in receptaculo crucis stabat imago *Saluatoris IESU Christi*. Cumq; ex dolore bubonis cruciaretur, repente de imagine ceciderunt super eum roris guttæ,

Nic. Synod.  
Act. 4. Exstat  
in Vita S.  
Theod. Tom. 2.  
Surij. Vide  
Tom. 1. de S.  
Cruce lib. 1.  
cap. 91.



gutta, & statim gratiâ DEI, à dolore conualuit, & sanus effectus est, & iuit domum suam. His exemplis ad astruendam fidem sufficere valentibus, ad nostræ narrationis ordinem redeamus.

*Viso Hildebrandi.*

Igitur venerabilis Hiltebrandus vidit visionē, Apostolicæ pietatis in proximo suscipiendæ præsignationē. Apparuit ei Simon magus tripudians, & exultans in nauis: & ipse sibi videbatur illū insilire, & colluctando pedibus subactum insolubilibus nexibus vincire. Quod nauis Ecclesiam significet, rarus est, qui ignoret. In qua nimirum Simon magus ante beati viri huius Apostolatū longè, lateque per suos sequaces sacrilega venalitate luserat, liberè scilicet, & impudenter emens, ac vendens Ecclesiasticas dignitates. Quomodo autem per hunc athletam DEI prostratus, & alligatus sit, suo loco dicemus.

*Alia Visio.*

Per idem tempus quidam Pisani pernoctabant in Basilica B. Petri gratiâ orandi: cū ecce vident ipsum Principem Apostolorum in eadem domo sua, cum hoc prædestinato hærede suo deambulanti, eiq; præcipientem, vt stercora diuersorum iumentorum, quæ sparsim inibi iacere videbantur, in saccum, qui cominus haberi cernebatur, congereret, & dorso imposito egere-ret. Et quidem per hæc stercora luxurias, & spurcitas diuersorum hominum, maximè autem Nicolaitarum, & quarti Heinrici Patroni eorum significari, in promptu est. Sed quomodo & portata, & exportata sint, suo tempore, Deo aspirante, demonstrabimus.

*Similis supra  
D. Pauli in  
Monasterio  
S. Pauli.*

*Quid sibi vo-  
luerit hac Vi-  
sio.*

Nunc electionis eius post mortem Alexandri Papæ, legitimum ordinem, prout ipsi electores eius conscripserunt, proponamus.

Quo-

QVOMODO GREGORIUS VII.  
PAPA ELECTVS SIT.

**R**EGNANTE Domino nostro *FE SV* Decretū Ele-  
ctionis Hildebr.  
in summum  
Pontificem.  
Exstat lib. 1.  
Epist. Gregorij  
VII. in it.  
Christo, Anno clementissima Incarna-  
tionis eius *M. LXX. III.* Indictione *ES* Lu-  
na *XI.* decimo Kalend. Maij, feria secunda,  
die sepultura Domini Alexandri, bona memo-  
ria, secundi Papae, ne sedes Apostolica diu luge-  
at, proprio destituta Pastore, congregati in Ba-  
siliica B. Petri ad Vincula, nos sanctae, Roma-  
nae, Catholicae & Apostolicae Ecclesiae Cardi-  
nales, Clerici, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi,  
Presbyteri, praesentibus venerabilibus Episco-  
pis, Abbatibus, Clericis, & Monachis, consen-  
tientibus plurimis turbis utriusque sexus, di-  
uersisque ordinis acclamantibus: Eligimus  
nobis in Pastorem, & summum Pontificem,  
virum religiosum, geminae scientia prudentia  
pollentem, aequitatis, & iustitiae praestantissimū Encomia Greg-  
gorij VII.  
amatorem, in aduersis fortem, in prosperis tem-  
peratum, & iuxta Apostoli dictum, bonis mo-  
ribus ornatum, pudicum, modestum, sobrium,  
castum, hospitalem, domum suam benè regen-  
tem, in gremio huius matris Ecclesiae à pueritia  
**E** satis

satis nobiliter educatum, & doctum, atque pro  
vita merito in Archidiaconatus honorem us-  
que hodie sublimatum, Hildebrandum vide-  
licet Archidiaconum, quem à modo usque  
in sempiternum & esse, & dici GREGORIVM  
Papam, & Apostolicum volumus, & appro-  
bamus. Placet vobis? placet. Vultis eum?  
Volumus. Laudatis eum? laudamus.  
Acta Romæ X. Kalend. Maij, Indictio-  
ne XI.

Ipse quoque Gregorius de electione sua continuo  
has misit epistolas.

GREGORIVS IN ROMANVM  
PONTIFICEM ELECTVS, DESIDE-  
RIO Abbati Monasterij S. Benedicti Montis Cassi-  
ni, salutem in Christo IESV.

Epist. Greg.  
VII. de sua  
Electioe ad  
Desiderium  
Abbatem Cas-  
sin. lib. I. epist. I.

**D**OMINVS noster Papa Alexander  
mortuus est, cuius mors super me ceci-  
dit, & omnia viscera mea concutiens, penitus  
conturbavit. Nam in morte quidem eius Ro-  
manus populus contra morem ita quieuit, &  
in manu nostra consilij frenâ dimisit, ut eui-  
denter appareret, ex DEI misericordia hoc  
prouenisse. Vnde, accepto consilio, hoc sta-  
tui-

tuimus, ut post triduanum ieiunium, post Litanias, & multorum orationem eleemosynis conditam, diuino fulti auxilio statueremus, quod melius de electione Romani Pontificis videretur. Sed subito cum predictus Dominus noster Papa in Ecclesia Saluatoris sepulture traderetur, ortus est magnus tumultus populi, & fremitus, & in me quasi vesani insurrexerunt: ita, ut cum Propheta possim dicere; Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Laborauit clamans, rauce factæ sunt fauces meæ. <sup>psal. 68.</sup> Et; Timor, & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. <sup>psal. 54.</sup> Sed quia in lecto iacens valdè fatigatus satis dictare nequeo, angustias meas enarrare supersedeo. Te igitur per <sup>Petit precum suffragia & auxilia à Desiderio.</sup> omnipotentem Dominum rogo, ut suffraganeos fratres, & filios, quos in Christo nostris, ad exorandum DEVM pro me prouoces, & ex vera charitate inuites: quatenus oratio, qua me liberare debuit, ne incurrerem periculum, saltem tueatur in periculo positum.

E 2 Tu

Tu autem ipse quantocyus ad nos venire non pratermittas, qui quantum Romana Ecclesia te indigeat, & in prudentia sua fiduciam habeat, non ignoras. \* Dominam Agnetem Imperatricem, & Rainaldum venerabilem Cumanum Episcopum ex nostra parte saluta: & quantum erga nos dilectionis habuerint, nunc ut ostendant, nostra vice fideliter obsecra. Dat. Romae. IX. Kal. Maij; Indictione undecima.

\* Vide Baron.  
M. LXXIII.  
Num. 29. Ad  
hunc Rainal-  
dum est Epist.  
20. lib. I. Epist.  
Gregorij.

GREGORIVS IN ROMANVM  
PONTIFICEM ELECTVS GOTTI-  
FREDO Duci, salutem in Domino  
IESV Christo.

Godofridus  
Dux, Beatricis  
Maritus, lib. I.  
Greg. Epist. 9.

**G**RATA nobis est letitia tua, quam in literis tuis de promotione nostra te habere cognouimus, non ut hoc aliqua causa nostra delectatio faciat, sed quod eam ex fonte sincera dilectionis, & fideli mente deriuatam esse, non dubitamus. Nostra enim promotio, quae sibi, ceterisque fidelibus piam de nobis estimationem, & gaudium administrat, nobis interni doloris amaritudinē, & nimiae anxietatis angustias generat. Videmus enim quan-

ta

ta nos sollicitudo circumstat: sentimus, quantum nos suscepti oneris sarcina grauat; sub quibus, dum nostra infirmitatis conscientia tremat, anima nostra in Christo potius dissolutionis requiem, quam in tantis periculis vitam cupit. In tantum quippe commissi nobis officij consideratio nos sollicitat, ut nisi in orationibus spiritualium hominum, post DEVM aliqua fiducia nos sustentaret, curarum immensitate mens nostra succumberet. Peccatis enim facientibus, ita penè totus mundus in maligno est <sup>1. Ioan. 5.</sup> positus, ut omnes ( & precipuè qui in Ecclesia Prælati sunt ) eam potius conturbare, quam fidei deuotione defendere, vel celebrare contendant: & dum suis aut lucris, aut presentis gloriæ desideriis inhiant, omnibus, quæ ad religionem, & iustitiam DEI pertinent, se velut hostes opponant. Quo magis nobis dolendum est, qui susceptum vniuersalis Ecclesiæ regimen in tanta difficultate, nec ritè administrare, nec tutò deserere possumus.

Ceterum quia fidei, & constantia virtutem ( donante DEO ) in te sitam esse cognouimus: omnem, quam oportet, in charissimo san-

cti Petri filio in te fiduciam habentes, animum tuum de nostra itidem constantissima dilectione, & erga honores tuos promptissima voluntate, nequaquam dubitare volumus.

Rex Henricus.

Sollicitudo  
Gregorij de  
Henrico Rege.

De Rege verò mentem nostram, & desiderium plene cognoscere potes; quod, quantum in Domino sapimus, neminem de eius presenti, ac futura gloria aut sollicitiorem, aut copiosiori desiderio nobis preferri credimus. Est etiã hac voluntas nostra, ut primum oblata nobis opportunitate, per nuncios nostros super his, quæ ad profectum Ecclesie, & honorem regie dignitatis sue pertinere arbitramur, paterna eum dilectione, & admonitione cõueniamus. Quod si nos audierit, non aliter de eius, quàm de nostra salute gaudebimus: quam tunc certissimè sibi lucrari poterit, si in tenenda iustitia, nostris monitis, & consiliis acquieverit. Sin verò, (quod non optamus) nobis odium pro dilectione; omnipotenti autem DEO pro tanto honore sibi collato, dissimulando iustitiam eius, contemptum non ex æquo reddiderit, interminatio, qua dicitur; Maledictus homo, qui prohibet

Hierem. 48.

hibet gladium suum à sanguine, *super nos, DEO providente, non veniet. Neque enim liberum nobis est, alicuius personali gratia legem DEI postponere, aut à tramite rectitudinis pro humano favore recedere, dicente Apostolo:* <sup>Gal. 3.</sup>  
Si hominibus placere vellē, seruus DEI nō essem. *Dat. Romæ, 2. Non. Maij, Indict. XI.*

Post hæc, Pontificali benedictione confirmatus, quam acceptus sibi fuerit ad exemplum Euangelij Pater cælestis ostendit. quoniam mysteria, quæ abscondit <sup>Matth. 13.</sup>  
à sapientibus, & prudentibus, reuelavit paruulis. Nam duo rustici non improbabili curiositate ducti, cū aduentum noui Pontificis in Lateranam dioccesin comperissent, ad videndum eum mutuis cohortationibus instigati, ad Ecclesiam properant. Quò cū peruenissent, inuenerunt eum iuxta altare Missarum solemniam celebrantem. Quem curiosè inspicientes, omnes motus corporis, & gestus eius diligenti animaduersione notarunt. Sed alter eorum velut in exstasim raptus vidit columbam de cælo descendere, à humero <sup>Leo Ostiensis lib. 3. Chron. cap. 53. & ex illo Baron. M. LXXXIV. Castini hoc accidisse scribunt.</sup>  
que Gregorij dextro insidentem alis extensis caput eius velare. Completo verò canone, columba collū <sup>a Etiā S. Gregorio Magno columba dextro humero insidens appingitur. De quo Ioan. Diaconus in Vita S. Greg. lib. 4. cap. 70. Lutherans quog. olim suo Luthero columbam humero insidentem adiungebat: Sed errate pistoris pennis; nam cornus esse debebat.</sup>  
protrahens, calici rostrum, vt sibi visum est, immisit: quo retracto, vnde venerat, illicò reuersa est. Stupefactus igitur nouo miraculo rusticus, atque post paululum ad se reuersus, ad propria remeauit.

Sequen-



Sequenti nocte tres viri habitu decoto, vultuque splendido ei apparuerunt, quorum vnus vestitu succincto, canicieque decenti figuram Petri, vt in<sup>b</sup> picturis videre solebat, sibi expressit. Alius vultu splendidus, statura procerus, in admirationem simul, & timorem conuertit inspectorem, tertium, cuius qualitatis esset, non adeò curiosè quæsiuit. Proinde affabilior horum trium, quis esset, diu hæsitans: tandem canum illum sermone aggressus, quis ille maior esset, vel quo censeretur nomine, sciscitatus est: à quo responsum, quod Sol vocaretur, accipiens, insuper ita increpatus est: quare non annunciaſti Gregorio, quod heri vidisti? Ille verò perterritus, nihil se vidisse testatur. Oblitus ne es, inquit, quod columbam heri inter missarum solemniam requicuisse super humerum eius videris? totamque visionem, vt viderat, sibi retexuit. Deinde præcepit ei, vt quantocyus ad Gregorium iret, quia, eadem die, inde erat transiturus, atque ex ordine ei visionem recitaret.

Mane factò rusticus, quid ageret, dubitans, atque visionem illusionem esse, secum pertractans, quendam eiusdem loci religiosum virum adiit, & quid sibi visum fuisset, intimauit. Id autem consilij accepit, quatenus Dominum obnixè deprecaretur, vt, si ex illo hæc visio fuisset, secundò, ac tertio ei reuelare dignaretur: quod ita rusticus deuotè peregit. Secunda igitur nocte, item commonitus, obnixius precibus institit. Tertia verò nocte, cum ijdem viri terribilius solito se ingessissent: præcepit ei vnus, vt, si vitam aliquādiu vellet differre, ne dubitaret, quod iussus fuerat, Domino Apostolico denunciare, ac subintulit: si tu, cum propè fuerat, iussis nostris minimè obtemperasti, necesse

*b. S. Hieronym. in illud: Veni Hierosolymā videre Petrum Gal. 1. Non est oculum genas, vultumque eius aspiceret, vtrum macilentus, an pinguis, adunco naso esset, an rotundus? vtrum frontis vestires coma, an, vt Clemens in Periodis eius refert, caluciam haberet in capite. Monetur rusticus, vt visa pandat.*

*Consilium expetit rusticus, quid facere opus*

*Iterum iidem calites apparent.*

*Etiam tertio, non sine minis, ni pareat.*

neceſſe eſt, te poſt eum longius eundo laborare. Sed ille certius adhuc aliquid ab his elicere geſtens, dixit: Ego quidem ruſticus ſum, & indoctus, quid mihi in ſignum dabitur, vt à tali perſona credatur? Vnus eorum, qui tantum ſolebat pro cæteris loqui, dicebat: Hæc dices Gregorio, quod etiam ipſe verum eſſe cognoſcit; quoniam accedens ad altare, quod eodem die cogitauit, apud omnipotentem Dominum impetrare meruit.

Ruſticus ad Gregorium perueniens, ſecretum ab eo petiit, & quæ itineris & laboris eius cauſa exſtitiffet, fideliter inſinuauit. Ille verò benignè ſubridens, ac ſi-  
gnum<sup>a</sup> præcognoſcens, ruſticum, tantæ legationis nuncium, ad ſua regredi cum Apoſtolica benedictione permiffit.

*Viſionem Gregorio pateſcit.*  
*a fort. recognoſcens.*

Alio quoque tempore, cum maxima detineretur corporis infirmitate, quædam neptis ſua ad eum viſitandi gratia venerat, & qualiter ſe contineret, inquirebat. Tum ille, vt nepti ſuper ægritudine ſua animum leuigaret, monilia eiufdem manu tenens, an nubere vellet, requiſiuit. Poſt, recepta ſanitate, dum ſolitis orationibus incumberet, nec recordatione præteritorum malorum, nec ſpe futurorum bonorum, aut deſiderio, & vt breuiter concludamus, nullo modo ad hoc, vt ſaltem, vnâ lacrimulam exprimere valeret, pertingere potuit. Diu igitur mœſto animo reuoluens quid egiffet, quo delicto DEVM offendiſſet, qua denique culpâ, datam ſibi compunctionis gratiam perdiſſet; tandem temperato mœrore, id conſilij accepit, vt religioſos viros ſecum in ieiuniis, & orationibus ſupplicare Domino depoſceret; quatenus ei reuelare dignaretur, pro qua noxâ donum illi, quod pridem habuerit,

*Cum graui morbo conſtitatus eſt Gregorius Anno M. LXXIV. in Octobri Vide Baron. Num. 79.*

*Similem mentis ſterilitatē & ariditatem, cum alio tempore Gregorius pateretur, liberatus eſt inuocatione S. Ioannis Gualberti Abbatis. Vñ.*

F sub

de Baron. M.  
LXXIII.  
Num. 79.

sublatum sit. Quod congrua deuotione peractum est.

a Nota morem  
faciendi disci-  
plinas.

Apparitio B.  
Virginis.

Iterum appa-  
ret Despara.

1. Cor. 7.

Gregorio appa-  
ret B. Virgo.

Iterum se si-  
sendam exhi-  
bet.

Completis itaque duarum hebdomadarum vigiliis, ieiunio, & corporali disciplina, pius & velox auditor, desiderium cordis tribuit ei. Nam cuidam innocenti, & simplici viro Beata DEI genitrix in visione apparuit, ei que præcepit dicens: Vade, & dic Gregorio, quod cum ego illum in chorum, non dubium, quin Virginum, elegerim, ipse è contrario aliter, quam deberet, egit. Nouo autem permotus elogio Gregorius, magis hæsitare cœpit, intentiusque orare, vt apertius sibi DEI misericordia, quid esset, ostenderet. Iterum eidem, cui supra, sanctissima Virgo MARIA mater Domini in somnis apparens inquit: Hæc dices Gregorio; quoniam ipse contra grauitatem institutionis nostræ monilia tractauit neptis suæ: idcirco gratiã, quam habuit, amisit. Sed nunc, quia pœnitentiam de peccato suo peregit, donum lacrymarum recipiet. Hinc admonemur illius dicti: *Bonum est homini, mulierem non tangere.*

Quadam æstate, quæ Romæ humanis corporibus valdè contraria est, dum idem vir DEI maximis per integram hebdomadam æstualet febribus; apparuit ei B. DEI genitrix semper Virgo MARIA; atque, vt indignationem ostenderet, ventrem eius manu versa percutiens, recessit. Deinde per alteram septimanam ad eò debilitatus est, vt respirare eum, qui exitum eius præstolabantur, vix sentire possent. Finita hebdomada illa, rursus ad eum Beata DEI genitrix, hora diei quasi sexta, accessit; qualiter se haberet, & si adhuc satis pœnarum luisse sibi videretur, ab eo sciscitatur. Cui ille respondit: Domina piissima, vt tibi videtur. Tum leni manu, quasi

quasi corpus eius perungens, ab oculis eius euauit. Mox illo, vestimenta sua, quasi ad Ecclesiam processurus esset, requirente; hi, qui aderant, præ nimia infirmitate minus sanum sentire æstimabant. At ille, nil mali se habere affirmans, extorquet; vt vestibus se induant, atque ad Ecclesiam perducant. Quo facto, in tantum, sanitate recepta, conualuit, vt etiam sacra missarum solennia publicè in Ecclesia Saluatoris sequenti die celebraret.

*Conualescit  
Gregorius opo:  
Deipara Vir-  
ginis.*

Inter hæc; quanta obedientia tanto viro exhibenda foret, Hermanno tunc temporis Cardinali, sed postmodum Brixienfis Ecclesiæ Præsuli, diuinitus ostensum est. Nam cum ab eo ad mensam quadam die vocatus non venisset, nocte insequenti, terribilis ei quædam species apparuit, eumque vehementer increpauit dicens: Vt quid miser imitatus es contumaciam Dathan, & Abiron, super sedendo Gregorij ad conuiuium inuitationem, sicut illi superbè respuerunt Moyse ad concilium vocationem? An excidit tibi, quanta millia millium in inferno demersa sint propter vnus protoplasti inobedientiã? Festina ergò ad satisfactionem, si euadere cupis debiram rebellibus damnationem. Itaque mox, vt opportunitas data est, prouolutus est pedibus clementissimi Papæ, nec mora, veniam impetrauit lacrimosa supplicatione.

*Numi, 16.*

<sup>a</sup> Nam libet duo miracula sanctitatis per B. Gregorium diuinitus facta breuiter assignare: ne fortè ingressis nobis siluam densioris historiæ, excidant memoriæ. Quodam namq; tempore, cum de more sacras manus ablueret, ipsa ablutionis aqua, instar lactis facta, ægrum quendam cum fidè recuperandæ sanitatis eam in vsum sumentem, confestim ab ægritudine liberauit.

*Videtur hic  
aliquid deesse.  
Sed legendum,  
Nunc*

*Manualis a-  
qua Gregorij,  
ægrum curauit.*

F. 2.

Item:

*Aliud miraculum.*

Item, cùm in comitatu gloriosæ Mathildis delitesceret, & rabiem persecutionis, de qua posthac plenius dicturi sumus, declinaret, quadam die venerabilis Hubaldus Mantuanus Episcopus indicavit ei, quòd cocus eius, nimia infirmitate prægravatus de lectulo surgere non valeret. At ille necessarij commutationem non habens officij, cum fide *grano sinapis* comparanda, transtulit montem infirmitatis, & crevit in validum gratia sospitatis. Eâdem quippe hora, qua iubentis vocem audiuit, surrexit, ac necessaria præparavit.

*Decretales Gregorij VII.*

Iam tempus exigit, aliquot decretales Beati Præsulis Epistolas contra Simoniacos, & Nicolaitas in Galliam atque Germaniam transmissas ponere, & subinde, quid sibi velit saccus ille stercorebus refertus, quem supra Pisanis visum commemorauimus, aliquam, vt promissimus, coniecturam facere. Denuntiatio quippe regularis iudicij prædictorum hæreticorum, eisquæ fauentium, concutiens, & coërcens ignominiam, non absurdè videtur comparari sacco stercorea continenti, quem videlicet vir sanctus quodammodo portauit, dum epistolas mittendo, conuersionem eorum, quos notauit, diu patienter exspectauit: exportauit autem, quando pertinaces in errore, synodali consensu ab Ecclesia separauit. Harum igitur epistolarum prima nobis occurrit ad Ottonem Constantiensem Episcopum directa, quæ ita se habet.



GRE.

GREGORIVS EPISCOPVS SERV-  
VVS SERVORVM DEI, DILECTO IN  
Christo fratri OTTONI, Constantiensi Epi-  
scopo, salutem & Apostolicam  
benedictionem.

**C**ONSTANTIA nunciorum tuorum fe-  
stinanter redire volentium non permisit  
nos fraternitati tue, qua in Romana Synodo  
constituta sunt, seriatim intimare. Hec tamen  
necessario tibi scribenda fore arbitrati sumus:  
nos, iuxta auctoritatē SS. Patrum in eadem  
Synodo sententiam dedisse: ut hi, qui per Simo-  
niacā heresin, hoc est, interuentu pecunie ad a-  
liquem sacrorum Ordinum gradum, & officii-  
um promoti sunt, nullū in sancta Ecclesia ul-  
terius ministrandi locum habeant. Illi quoque,  
qui Ecclesias datione pecunie obtinent, omnino  
eas perdant: nec deinceps vendere, vel emere a-  
licui liceat. Sed nec illi, qui in crimine fornicationis  
iacent, missas celebrare, aut secundum  
inferiores Ordines ministrare altari debeant.

Statuimus etiā, ut, si ipsi contemptores fue-  
rint nostrarum, imō SS. Patrum Constitutio-  
num, populus nullo modo eorum officia recipi-

F 3 at:

*Recitat hanc  
Epist. etiam  
Bernaldus in  
Apologético  
pro Greg. VII.  
cap. 1. Ad eun-  
dem est Epist.  
60. lib. 2. Reg-  
is. Habita est  
hac Synodus  
Anno 1075.  
Lege Bar. hoc  
anno.*

*Hac decreta  
defendit ex in-  
stituto Bernal-  
dus in suo Apo-  
logético, nuper  
à nobis editus  
Tom. 2. Defens.  
Bellarm.*

at: ut qui, pro amore DEI, & officij dignitate non corriguntur, verecundia seculi, & obiuratione populi resipiscant. Studeat igitur fraternitas tua, se in his nobis cooperatricem exhibere; sic crimina ista de Ecclesiis suis radicitus euellere, quatenus boni pastoris meritum apud DEVM valeas obtinere, & Romana Ecclesia de te, sicut de charissimo fratre, & studioso cooperatore debeat gaudere.

Qua verò contumacia prænominatus Episcopus decretis salutaribus resultauerit, vel potius insultauerit, sequens Epistola prodit.

\* De hoc Othone ita Chronicum Constantiense editum à D. Pistorio.

Otto de Gotzlar ciuitate Saxonie 35.

Anno Domini

MLXX. Antistes fit, ad

quod præfatus

Henricus hu-

ius nominis

quartus, dum

id præceperit,

dixit. Noluit

Collegium

Constantien-

se præfulè ido-

neum habere,

capiant igitur

hunc stultum

Ottonem in

Episcopum. Hic

deniq; Episcopus

contra summi

Pontificis Gregorij

(VII.) mandatum,

dicti Henrici

partes fouet.

Quapropter

excommunicatus,

in exilium missus,

& Anno M. LXXIV.

propter excommuni-

catione mor-

tuus, Basileæ

sepultus est.

Præfedit annis

seu tribus,

reliquos autem

in exilio contriuit.

GREGORIVS SERVVS SERVORVM DEI \* OTTONI Constantiensi Episcopo, salutem, & Apostolicam benedictionem.

**R**ELATVM est ad nos de fraternitate tua, quod satis inuitus & mæstus audiui, quodq; si vel de extremo Christiana plebis membro ad audientiam nostram deferretur, seu maiore districtiois disciplina censura esset pro-

neum habere, capiant igitur hunc stultum Ottonem in Episcopum. Hic deniq; Episcopus contra summi Pontificis Gregorij (VII.) mandatum, dicti Henrici partes fouet. Quapropter excommunicatus, in exilium missus, & Anno M. LXXIV. propter excommunicatione mortuus, Basileæ sepultus est. Præfedit annis seu tribus, reliquos autem in exilio contriuit.

procul dubio castigandum. Cum enim apostolica auctoritate & veridicis sanctorum Patrum sententiis incitati ad eliminandam Simoniacam heresim & percipiendam Clericorum castitatem pro nostri officij debito exarsimus, Moguntino Venerabili Archiepiscopo confratri nostro, cui plures & late dispersi Suffraganei sunt hoc obedientia munus iniunximus, ut tam per se quam per coadiutores suos hoc Romanae Ecclesiae Decretum uniuerso Clero studiosus inconculcaret & inuiolabiliter tenendum proponeret. Tibi quoque cui plurimus Amplius Cö-  
statiensis Dia-  
cecos. Constantiensis Episcopij Clerus & populus amplissimè dilatatus, ob eandem causam speciales litteras cudere, bulla nostra impressas, collibuit, quarum fultus auctoritate tutius animosusque praeceptis nostris obtēperares, & de sanctuario Domini Simoniacam heresim, & fedā libidinosa contagionis pollutionem expelleres. Apostolica namque Beati Pauli prepollet auctoritas, qua fornicatores & adulteros cū ceteris sceleratis connumerans diffinitam suae iussionis sententiam subicit, cum eiusmodi nec cibum capere.

Pra-



1. Cor. 5.

Præterea uniuersus Ecclesia Catholica cœtus aut virgines sunt aut continentes aut coniuges. Quicumque ergo extra hos tres ordines reperitur inter filios Ecclesie siue intra Christiana Religionis limites non numeratur, unde & nos si vel extremum laicum pellicatui adherentem liquidò cognouerimus, hunc velut præcisum membrum à corpore dominico, à sacramentis altaris, donec pœniteat, arcemus, quomodo ergo sanctorum sacramentorum distributor vel minister esse debet, qui nulla ratione potest esse vel particeps? Sed illa Beati Patris Leonis nos impulit auctoritas, qui subdiaconis ineundi cõnubij licentiam prorsus abstulit. Quod decretum Beati Leonis posteriores sancta Romana Ecclesia Pontifices, maximè Doctor eximius Gregorius, ita pro lege sanxerunt, ut deinceps tribus his ordinibus Ecclesiasticis Sacerdotibus, Leuitis & Subdiaconis vincula coniugalia omnino sint prohibita. Cum autè hæc omnia tibi obseruanda, pastoralis prouidentia transmitteremus, tu non sursum cor, sed deorsum in terra ponens prædictis ordinibus frena libidinis sicut accepimus, laxasti, ut qui

multi-

S. Leo Epist. 82.  
ad Anast. asin  
Episcop. Thef  
salon. cap. 4.  
Et Epist. 90. ad  
Rusticiu Nar-  
bonensem ca. 3.  
S. Greg. lib. 3.  
Regesti Epist.  
34. & lib. 1.  
Epist. 42.

mulierculis se iunxerūt in flagitio persisterent,  
 & qui necdum duxerunt tua interdicta non  
 timerent. O impudentiam, ò audaciam singu-  
 larem, videlicet Episcopum sedis Apostolica  
 decreta contemnere, praecepta sanctorum Pa-  
 trum conuellere, immo vero praeceptis contra-  
 ria ac fidei Christianae repugnantia de sacra-  
 tiore loco, & de Cathedra Pontificali subie-  
 ctis ingerere. Quapropter tibi apostolica au-  
 ctoritate precipimus, ut ad proximam Syno-  
 dum nostram proxima hebdomada te presen-  
 tem exhibeas, tam de hac inobedientia & sedis  
 Apostolicae contemptu, quam de omnibus qua  
 tibi obiiciuntur canonicè responsurus.

Hic clero & populo mandat, ne inobedienti Epi-  
 scopo obediant.

GREGORIVS EPISCOPVS SER-  
 VVS SERVORVM DEI, CLERICIS ET  
 Laicis maioribus & minoribus in Constantiensi  
 Episcopatu consistentibus, Christianam le-  
 gem diligentibus, salutem & Apo-  
 stolicam benedictionem.

**M**ISI MV S fratri nostro, Episcopo vestro,  
 Ottoni literas exhortatorias, per quas  
 pro nostri necessitate officij Apostolica auctori-  
 G tate

tate iniunximus illi, ut Simoniacam heresim de Ecclesia penitus sua excluderet, & castitatem clericorum studiosè prædicandam suscipere, & firmiter tenendam Episcopali vigilantia inculcaret. Nam sic eam nobis Evangelicæ & Apostolicæ litteræ, authenticarum Synodorum decreta, & eximiorum Doctorum præcepta insinuant, ut eam dissimulare & negligere, sine magno animæ nostræ & populi Christiani detrimento non possimus. Sed Episcopus vester, ut nobis relatum est, quæ paterne suaseramus, perficere non curavit, & ut non solum inobedientia, verum etiam rebellionis offensam contraheret, quemadmodum accepimus, palam clericis suis, iussioni nostræ, immo Beati Petri, omnino contraria permisit, ita ut qui mulierculas habuerant, retinerent, & qui non habebant, illicita temeritate subintroducerent. Quod ut audiuimus molestè ferentes, secundam ei scripsimus Epistolam, indignationis ei nostræ motus ostendentes, & idem præceptum iteratò acrius inculcantes, quum etiam ipsum ad Synodum Romanam, quæ prima proxima Quadragesima hebdomada futura est, aduocau-

cauimus, ut pro seruationem reddat, & inobediencia causas si rationabiles habuerit, in audientiam totius Conuentus exponat.

Hoc ideo, fratres charissimi, vobis innotescimus, ut anima vestra saluti consulamus. Si enim Beato Petro & sanctae sedi Apostolica fronte aperta repugnans ac contumax esse voluerit, liquido manifestum est, quod qui matrem vel patrem inhonorat, nullam à fidelibus patris & matris iure obedientiam exigere aut quarere debeat. Indignum est enim, ut qui Magistro detrectat subesse, Magister auditoribus postulet praesse. Quapropter omnibus, sicut praediximus, maioribus atq; minoribus DEO & B. Petro adherentibus, Apostolica auctoritate praecipimus, si in obduratione sua persistere voluerit, nullam ei obedientiam reuerentiam exhibeatis, neq; id anima vestra perniciem esse putetis. Nam si, ut totiens iam praediximus, praecipis Apostolicis voluerit esse contrarius, ab omni illius subiectionis iugo, Beati Petri auctoritate absoluiimus ita uniuersos ut cum Sacramenti obligatione quilibet ei fuerit obstrictus; quam diu DEO omnipotenti

tenti & sedi Apostolica rebellis extiterit, nulla ei fidelitatis exhibitione fiat obnoxius. Non enim cuiuslibet persona contra creatorem suum, qui cunctis præponendus est, aliquis debet obedire, sed debemus contra DEVM superbienti resistere, ut saltem hac necessitate coactus ad viam iustitiæ addiscat redire. Quanti enim periculi quantaq; à Christiana lege sit alienationis obedientiam, maximè Apostolicæ sedi, non exhibere, ex dictis Beati Samuelis Prophetæ potestis cognoscere, quæ sanctissimus Papa Gregorius in ult. lib. Moral. procuravit exponere. Ut ea autem sint vobis in promptu scripta transmisimus, quatenus indubitanter sciatis, nos vobis novam non dicere, sed antiquam sanctorum Patrum doctrinam propagare. Hinc Samuel ait: Melior est obedientia quam victima, & auscultare magis quàm offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus Idololatriæ nolle acquiescere; obedientia quippe victimis iure præponitur quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero propria volūtas mactatur. Tan-

S. Greg. lib. 35.  
Moral. cap. 10.

1. Reg. 15.

Verba S. Gregorij.

to igitur quisque \* Dominum citius pla- \* *Denno.*  
 cat, quanto ante eius oculos, repressâ arbi-  
 trij sui superbia, gladio præceptis immo-  
 lat. Quo cōtra ariolandi peccatū inobedi-  
 entia dicitur, vt quanta sit virtus obedi-  
 entia demonstratur. Ex aduerso igitur meli-  
 us ostenditur, quid de eius laude sentiatur;  
 si enim \* ariolandi peccatum est repugna- \* *quasi.*  
 re, est quasi scelus Idololatriæ nolle acqui-  
 escere. Sola est quæ fidei meritum possidet;  
 sine qua quisque \* conuincitur infidelis, \* *infidelis esse*  
 etsi fidelis esse videatur. *conuincitur.*

*AD LAICOS PRO EXEQVEN-*  
*dis superioribus institutis.*

GREGORIVS EPISCOPVS SER-  
 VVS SERVORVM DEI, RODVLFO DV-  
 ci Sueuiæ, atque Bertholdo Duci Carentano,  
 salutem, & Apostolicam be-  
 nedictionem.

**S**IMVS, quoniam prudentia vestra  
 miserabilem Christianæ religionis deso- *Exstat lib. 2.*  
 lationem perspicaci mente perpendit, quæ pro *Epist. Greg.*  
 peccatis nostris in ea nunc extremitate est po- *VII. Epist. 45.*  
 sita, vt infeliciora tempora nemo viuentium

G 3 vide-

viderit, nec à tempore B. Siluestri, patris nostri, scripturarum traditione repererit. Verùm huius tanti mali nos caput, & causa sumus, qui ad regendum populum prelati, & pro lucrandis animabus Episcopi vocati, & constituti sumus. Ab eorum namq; principatibus, velut à quibusdam initiis, subditorum bona vel mala veniunt, qui aut mundanas dignitates, aut magisterium spirituale susceperunt, qui dum nihil aliud, nisi gloriam, & voluptates seculi querunt, sine sua, & populi confusione vivere nequeunt: quoniam in malefactis prava sectantes desideria, & sua auctoritatis iura per culpam ligant, & aliis peccandi per exemplum frena relaxant: neque enim per ignorantiam aut improvidi delinquunt, sed presumptuosa obstinatione Spiritui sancto resistentes, diuinas, quas cognouerunt leges, abiiciunt, & Apostolica decreta contemnunt.

Sciunt namq; Archiepiscopi & Episcopi terra vestra, quod & omnibus fidelibus notum esse debet: quoniam in sacris Canonibus prohibitum est, ut hi, qui per Simoniacam heresin, hoc est, interuentu precij ad aliquem sacro-  
rum

rum Ordinum gradum, vel officium promoti sunt, nullum in sancta Ecclesia ulterius ministrandi locum habeant; nec illi, qui in crimine fornicationis iacent, Missas celebrare, aut secundum inferiores Ordines ministrare altari debeant. Quae cum eos sancta, & Apostolica mater Ecclesia, iam à tempore B. Leonis Papae saepe in Conciliis tum per legatos, tum per epistolas in se, & commissis sibi plebibus, utpotè ab antiquioribus neglecta renouare & obseruare commonuerit, rogauerit, & accepta per Petrum auctoritate, iusserit; adhuc tamen inobedientes (exceptis per paucis) tam execrandam consuetudinem nulla studuerunt prohibitione decidere, nulla distinctione punire. Non attendentes quod scriptum est; quasi ariolâ dipeccatum est repugnare, & quasi crimen idolatriæ, nolle acquiescere. 1. Reg. 15.

Cum igitur illis Apostolica, imò sancti Spiritus mandata spernentibus, & scelera subditorum criminosa fouentibus patientia, diuina ministeria indignè tractari, populum seduci intelligimus; alio quolibet modo contra hæc vigilare nos cõuenit, quibus cura Dominici gregis



gis praecunetis incumbit. Multò enim melius nobis videtur, iustitiam DEI, vel nouis reedificare consiliis, quàm animas hominum unà cum legibus deperire neglectis.

*Concedit Pontifex his duobus ducibus potestatem & iurisdictionem in clericos Simoniacos & fornicarios.*

Quapropter ad te, & ad omnes, de quorum fide, & deuotione confidimus, nunc conuertimur, rogantes vos, & Apostolica auctoritate admonentes, ut quidquid Episcopi dehinc loquantur, aut taceant, vos officium eorù, quos aut Simoniacè promotos, & ordinatos, aut in crimine fornicationis iacentes cognoueritis, nullatenus recipiatis: & hac eadem adstricti per obedientiam tam in Curia Regis, quàm per alia loca, & conuentus regni notificantes, ac persuadentes, quantum potestis, tales sacrosanctis deseruire mysteriis, etiam vi, si oportuerit, prohibeatis.

*Quid respondere debeant obloquentibus.*

Si qui autem contra vos, quasi istud officij vestri non esse, aliquid garrire incipiant; hoc illis respondete, ut vestram, & populi salutem non impediens, de iniuncta vobis obedientia, ad nos nobiscum disputaturi veniant. Quia verò, te Rodulphe dico Ducem, & charissimum sancti Petri filium, ad religionis spiritum desi-

*Consilium Rodulpho à Pontifice datum de pecunia Simoniacè accepta.*

desideranter anhelare confidimus, unde nos consuluisti, quidquid nobis perfectius visum est, ad correctionem tuam tibi intimamus, ut quantumcunque precij te pro disponendis in Ecclesia clericis accepisse recordaris, aut in utilitates eiusdem Ecclesie, si attinere ei videtur, aut in usus pauperum expendas, ut nulla in te reprehensibilitatis macula remanente, inter electos regni caelestis ciues adscribi merearis. Datum Roma, tertio Idus Ianuarij, Indictione decima tertia.

Item ad Laicos pro iisdem institutis.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, DILECTO

in Christo filio, & nobilissimo Comiti\* Adalberto, & eius vxori, salutem, & Apostolicam benedictionem.

\* Rom. decretal. editio, habet Alberto: Eodem sensu; Idem enim sunt omnia ista. Adalbert, Adalpre, Adalpreht, Adalpert, Adelpret, Adilpert, Adelprech, Albreht, Alprecht.

**G**RATIAS DEO referimus, quod & Laici, & mulieres ad Dominum mentes erigunt, & cultum religionis libenter intellectu capiunt, & tenere contendunt. Nam illi, qui propter lucrandas animas Episcopi vocati, & constituti sunt, & subditos suos verbo, & exemplo viam veritatis docere deberet, his

H tem-

temporibus seducti à diabolo, non solum legem  
 DEI deserunt, sed impugnare, & omni cona-  
 tu subvertere, non desistunt. Quo minus mi-  
 randum est, si ipsi inferiores ordines à delicto  
 non prohibent, quorum aut ordinatio fuit he-  
 retica, aut vita omni immunditia, & facino-  
 ribus cooperta; qui, dum in semetipsis propria  
 scelera nec corrigunt, nec attendunt, subdito-  
 rum quoque crimina, aut per negligentiam,  
 aut timore propria conscientia portant. De  
 quibus rectè per Prophetam dicitur: Obscu-  
 rentur oculi eorum, ne videant, & dorsum  
 eorum semper incurua.

Psal. 68.

Quapropter quidquid illi contra vos, imò  
 contra iustitiam garriant, & pro defendenda  
 nequitia sua, vobis, qui in literati estis, obiici-  
 ant, vos in puritate, & constantia fidei vestra  
 permanentes, qua de Episcopis, & sacerdotib.  
 Simoniacis, aut in fornicatione iacentibus ab  
 Apostolica sede accepistis, firmiter credite, &  
 tenete. Dat. Romæ VII. Kal. Nouemb. In  
 dictione decima tertia.

Vt nullus obediat Episcopis præfata statuta con-  
 temnentibus, vel negligentibus.

GRE.

## GREGORIVS SERVVS SERVORVM DEI OMNIBVS CLERICIS, ET

Laicis in regno Teutonicorum constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

**A**VDIVIMVS quod quidam Episcoporum apud vos commorantium, ut Sacerdotes, & Diaconi, & Subdiaconi, mulieribus commisceantur, aut consentiant aut negligant, his precipimus vos nullo modo obedire, vel illorum praeceptis consentire, sicut ipsi Apostolica sedis praeceptis non obediunt, neque auctoritati sanctorum Patrum consentiunt, testante diuina scriptura, facientes & consentientes par poena cõplectitur. Rom. 16. Omnipotens & misericors DEVS, qui ultra spem, qui ultra interitum miseretur, & consolatur nos in omni tribulatione nostra, aperiat cor vestrum in lege, & confirmet vos in praeceptis suis, ut auctoritate B. Petri à cunctis peccatis absolutos, vos ad caeleste regnum perducatur regnatos. Amen.

Has Epistolas profecuta est, ipso praesidente, generalis Synodus, in qua, sicut gesta ipsius continent, sententia anathematis data est in omnes Simoniacos, &

H. 2. Nico-

Nicolaitas hæreticos, qui in erroris sui secta indurati, synodalibus SS. Patrum definitionibus, & Decretalibus eorum statutis scienter inobedientes, apostatarumque pertinacia eis recalcitrantes, studio, & voluntate refragantur. Ecce saccus stercoribus plenus eatenus arguendo, obsecrando, increpando cum omni patientia, & doctrina apportatus; sed ex tunc, iusta ultione diuini zeli exportatus secundum ordinem, quem suis ultoribus ipse Dominus per Ezechielem Prophetam ostendit dicens: *A sanctuario meo incipite.* Clamor namque Sodomorum, & Gomorrheorum usque ad ipsius Pontificatum multiplicatus fuerat nimis: in eo scilicet, quod prædicti hæretici, eorumque fautores, nimia peccandi libertate effrenati, peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt: ideoque *nisi Dominus exercituum reliquisset nobis in eo semen correptionis, quasi Sodoma fuissetis, & quasi Gomorrha similes essemus.*

*Ezech. 9.*

*Isaia. 1.*

a *Sextus Episcopus Bamberg. de quo Bruschius in Catalogo.*  
 b *Lege Epist. 84. lib. 1. Epist. Greg. 7. Item Epist. 1. 2. & 3. lib. 3. & Epist. 76. lib. 2. Vbi Pontifex vocat istum Hermannum Episcopum Bambergensem, idiotam. Et videtur esse ille, cuius inscitia graphicè describit Bruno in Hist. Belli Saxonici non procul à principio.*

Hac fama iustificationis instigati Babenbergenses Clerici detulerunt ad aures eius Simoniacum introitum Pseudoepiscopi sui nomine<sup>a</sup> Hermannii. At ille, contracta non minima pecunia, preciosi metalli, & vestimenti copia, sperauit Apostolicum rigorem muneribus emolliri posse. Et approximans Romæ, exorauit venerabilem<sup>b</sup> Hermannum Metensis Ecclesiæ Episcopum, & Apostolicæ sedis legatum; qui tunc fortè societatem itineris inciderat, vti se ad Dominum Papam præiret, & intercederet. Quod, cum attentasset, & humanæ placationis non paruum materiam affore, designasset, vir iustus excutere manus suas ab omni munere solitus, vt erat in conclauis suo positus, Spiritu sancto

se in-

se inflammante, respondit <sup>a</sup> fac eum, si aliquam fidelium communionem velit obtinere, in partes suas redire, & <sup>b</sup> monasticæ regulæ districtum iugum pœnitendo subire; quoniam, propitius sit mihi **D E V S**: si domum istam mihi impletet auro, & argento; nunquam, me consentiente, Episcopali fungetur officio. Hoc itaque modo & iste Simoniacus submotus est à sacerdotio.

Iam verò qualiter inimicorum fraudes, tentationes, pericula, detractioes, irrisiones, captiones, custodias, propter nomen Domini; postremo, qualiter, Domini iuamine, & sustentatione, Apostolorumque comitante suffragio, Reges, tyrannos, Duces, Principes, animarumque hominum captiuatores, voratores, insuper lupos, Antichristi videlicet ministros, Archiepiscopos, Episcopos, & reliquos Ecclesiasticos peruasores fortissimus athleta **D E I** superauit, nequaquam silentio præterire, dignum ducimus: quatenus tam præsentibus, quam subsecuturis sit in exemplum, & <sup>c</sup> populis sanctæ Ecclesiæ, olim nostrum seculum fuisse cognoscat sub tanto, taliq̃ Pastore prolapsum. Indecens enim, & inconueniens esse videtur, tradere obliuioni Patris huius laborem, cum etiam profanarum causarum memoria penes seculares pro fortitudinis exemplo fiat. Huius quidem exemplum si tenaci memoriæ tradatur, sit sanctæ Ecclesiæ supplementum, Christi fidelium ornamentum, & in hæreseon profanarum veniet detrimentum. Hinc enim iustorum iterum prima sumpsere principia; hinc Ecclesiastica victoria, & perpetuæ felicitatis quodammodo per filium hæreditas.

Fuit itaque quidam vir in vrbe, perditionis filius, omnium hominum sceleratissimus, & iniquissimus, cuius quidem memoria aërem ipsum commaculat;

H 3                      cui

*a Diuinū Pontificis responsum.*

*b Bruschius dicit, Hermannum intrasse Monasterium S. Martini Achi-anum Francia orientalis.*

*Aggreditur Paulus expone-re labores & pericula, qua Gregorius adit & subit propter libertatem Ecclesiasticam. c. fort. populus.*

*Quantum referat nolle certamina Gregorij VII.*

*Non exprimit  
Paulus nomen  
eius, quem his  
tantis encomi-  
is ornas.*

cui pro dulcedine periuria, fallaciæ, luxuriæ, traditio-  
homicidia, machinationes, susurrations, conspiratio-  
nes, fraudes, deceptiones, cōuenticula fuerant, & quic-  
quid virtuti esse potest inimicum, sibi per omnia crede-  
bat, pater furum, & socius periurorum, clypeus falla-  
cis, & hasta mœchi, galea homicidarum, & scutum tra-  
ditionis, tegumentum machinationis, custos susurra-  
tionis, anxietas conspirationis, coloratio fraudis, risus-  
que deceptionis, & crypta malæ conuentionis; ad cu-  
ius confugium omnis hæreticus, omnisque scelestus  
properabant. Cuius ala velabat scandala, sub cuius vm-  
bra Leuiathan ipse tortuosus coluber, dulciter, & sua-  
uiter quiescebat. Qui ad augmentum tanti commercij  
turre, quàm plures in Vrbe construxerat, & posthabi-  
tis tam DEI, quàm hominis inimicitis, ante quidquid  
sux peruersæ mentis oculos incentor malitiæ, diabo-  
lus videlicet, adduxerat, peragere satagebat. Leuia qui-  
dem sibi, & dulcia verba, sed in fine iacula, & absinthi-  
um fuerant. Qui ad sui destructionem quendam suum  
compatrem occidit; in cuius domum, re nondum ple-  
nè cognita, perrupit: quam etiam destruxit; & peracto  
tanto scelere, in turrim, quam viuentem patre suo Ste-  
phano, Urbis præfecto, construxerat, se recepit.<sup>a</sup>

*Tota hac ne-  
farij hominis  
descriptio per-  
tinere videtur  
ad Gerardum  
Comitem Ga-  
leria, qui legi-  
timis Pontifi-  
cibus insessis-  
mus fuit; hinc  
ab illis crebro  
excommuni-  
cationis fulmi-  
ne percussus  
est. Illud enim  
vnum caput,*

Ad cuius facinus vindicandum vir DEI accensus,  
vnà cum adhuc viuentem Papa Alexandro, maledictio-  
nis, & anathematis eum vinculis alligauit. Ille verò ad  
augmentum suæ confusionis, cum quibusdam, quos  
sibi asciuerat, Nicolao videlicet & Bertramo, ad perdi-  
tionis filium, scilicet Henricum Regem, properauit; &  
communicato magnæ impietatis consilio, Cadaloum  
Parmensem, hæreticum, Romam conductum, hospiti-  
o recepit, & prælia multa illius ob adiutorium, in Vr-  
be.

be commisit. Cui solatium omnes hæretici Simoniaci pro posse impendebant, & per ipsum sanctam Ecclesiam confundere disponebant.

anathemati maledictionique subiicit, omnium ferè Pontificum, quicumque Romanæ Ecclesiæ suis temporibus præfuerunt. In plenaria item Synodo Papa Nicolao præfidente, excommunicatus est. *Et legatus iuit ad Henricum Regem pro Cadaloo, contra Alexandrum II.* Vide Bar. M. L. XI. N. 2.

Sed hæresiarcha tandem illo mortuo, confusus iste, pactum se cum Domino Papa facere, & fidelitatem iurare spondit. Quod & fecit. sed, quæ fides ei esse potuit, cui veritas nunquam adhæsit? Stabat quidem, propter summi Sacerdotis potentiam, vt prædo ligatus: sed quas poterat fraudes animo tenus perpetrare non desinebat tartareus hæres. Si quando eum venerabilis Pater Gregorius, vt à talibus pedem retraheret, hortabatur, in peius quotidie suum vertebat pectus: sicque factum est, vt in ipsa turri, quam miræ magnitudinis supra pontem S. Petri construxerat, viros sicarios poneret; qui ab omnibus introeuntibus, & exeuntibus, ex rebus, quæ ferebantur, prædam caperent.

*inquit Petrus Damianus de illo apud Bar. Anno M. LIX. à Cadaloo Antipapa, qui mortuus est An. M. LXIV. Vide hoc anno Baron. b Hac quidem de Gerardo intelligi possent, nisi obstaret Damianus, qui in discept. Regij aduocati & Defensoris Ecclesiæ apud Baro. M. LXII. innuit, istum Gerardum iam sum, hoc est, Anno M. LXII. fuisse mortuum. Quod si verum, de alio cogitandum erit. Nec defuerunt ex Comitibus Galeria & Tusculi, qui Pontificibus infestissimi essent. Sed vocetur Cincius, de quo hic Paulus. At Vrbs præfectum fuisse, nil necesse est dicere: licet Lambertus in Chronico, Anno M. LXXVI. præfectum Vrbs vocet. Nam Bertoldus Constantiensis in Chronico eum hac dignitatis appellatione non afficit. Et Epistola dua Petri Damiani ad Cincium seu Cuthium Vrbs præfectum lib. 8. Epist. 1. & 2. perspicue indicant, Cinthium, Vrbs præfectum fuisse virum probum, & procul ab huiusmodi scelestis facinoribus remotum. Et facile sunt duos Cinthios seu Cincios in unum conflare; quos Paulus rectè distinxit. Nec dubito Cinthium seu Cincium hic à Paulo tantis laudibus affectum, esse illum de quo Bertoldus in Chronico Anno Salutis M. LXXVI. Non multò post eius (Episcopi Vercellensis) interitum, præfectus Romanæ Vrbs, indefessus miles S. Petri contra schismaticos, à quodam fautore Henrici crudeliter occiditur: ad cuius corpus in paruo tempore, plusquam viginti miracula cõtigerunt, vt fidelium virorum relatione didicimus.*

Qua de causa Præfectus Vrbs Cincius nomine, vir utique prudens, charus Deo, & hominibus, (qui non vt laicus, sed veluti fidelis monachus, Deo seruiens iustitiam excolebat in omnibus,) quadam die cum cepit,

pit,



pit, & in carceris squaloribus tantum latronem, ut dignum fuerat, tradidit. Tandem interuentu quorundam nobilium Romanorum, permittente hoc clementia Domini Papæ, peractis supra sancti Petri corpus Sacramentis suæ meliorationis, datisque obsidibus, & reddita turri, de qua confidebat, dimissus est. Tunc allatis arietibus, & machinis, ferreisq; malleis, funditus est euerfa: & sic Vrbs aliquantis per quieuit, & iniquorum factio, timore magno concussa, conticuit.

Sed, quid miser faceret? Quousque potuit, iniquos, licet longè positos, tam per se, quàm per suos Nuncios adiit. Ipse lustravit Apuliam, Lucaniam, <sup>a</sup> Ducem Guiscardum, & cæteros excommunicatos visitans, statuitque cum ipsis tempus opportunum, quomodo Dominum Papam caperet, & occideret: Filium verò suum ad Guibertum hæreticum, Rauennatem <sup>b</sup> direxit, idem pactum compositurum: sicque ad Regem etiam suæ fallaciæ destinavit literas, promittens eundem Patrem regio conspectui representandum. Compositis itaque huiusmodi demolitionibus, ac tempus quieuit, expectans nimirum opportunitatem, ut eum caperet, & iniquorum populo ad necandum traderet. Sed Dominus omnipotens, qui captione sua mundum liberans diabolum captiuauit, Patris istius captione & sanguine, Ecclesiæ statum in melius prouexit, & filium iniquitatis non solum puero suo nocere prohibuit, sed etiam propriis rebus priuauit.

Prolapso itaque ferè anno, ministri diaboli tempus aduenit. Nam instante festiuitate Dominicæ Natiuitatis, conspiratores suos, cum quibus coniurauerat, hortari cœpit, ut ad tantum flagitium mente prompti concurrerent, animumque aptarent, promittens eis ineffabilia,

<sup>a</sup> Robertus Guiscardus, excommunicatus à Gregorio Anno M. LXXIV. Absolutus M. LXXX. Vide Bar.

<sup>b</sup> Archiepiscopus, postea Antipapam, Gregorio semper infestum.

Coniurati festum Natalis Christi ad faciendum patranda deliquit.

bilia, libertatem futuram, quæstum sine mensura, imitator per omnia fratris, & magistri sui diaboli; qui solius morte Domini mundum sibi totum possidendum promittebat: sed sicut scriptum est, dum capit, capitur; dum prædari incipit; præda fit: & dum ambit illicita, quæ nondum possederat, perdidit acquisita, quæ retinebat; sic etiam iste minister utique illius, si corde deprehendisset, se tantis rebus exspoliandum, fortasse quoquo pacto à tanti sceleris perpetracione, amore suarum rerum magis, quàm DEI, manum retraheret; sed quoniam obcæcavit eum malitia sua, qua suffarcinatus incedebat, rem ad effectum perducere conatus est, non timens, imò postponens animæ suæ periculum, alter Iudas manus in Dominum suum, & Christum Domini iniecit.

Isa. 33.

Præsentē itaque tantæ festiuitatis die, ad peragendum vigiliarum obsequia Pontifex, ut mos est, ad B. MARIÆ Ecclesiam, quæ, ob tantarum deuotionum merita, Maior vocata est, cum paruo Clericorum & Laicorum numero properauit. Nam mos Urbis fuerat semper, in tantæ solennitatis excellentia, omnes ad eandem Ecclesiam confluere, totamque noctem illam hymnis, & laudibus intentos peruigilem ducere. Sed, Domino disponente, ad emutandam tantam Ecclesiam tanti pastoris sanguinem fundere; ut ministri diaboli animus inhians sui ad destructionem, quæ malè voluerat, perficere possit, populus tunc conuenire prohibitus est. Die namque ipso vigiliarum tantam æthera aquarum inundationem profuderat, ut ipsum primi temporis imminere diluuium omnibus videretur. Vix enim aliquis domus suæ limen linquere, vicini que sibi iuncti casam, si necessitas aliqua exigeret, intrare, ne dum Ec-

Vigilia &amp; Stationes nocturna.

a fort. euitandum.

b æthera vel æther.

Inundatio aquarum Romæ.

I                      clesiam

eccliam tam longè sitam, intrare valebat. Loquebantur enim quodammodo mundi elementa futurum scelus, & inauditum facinus præfagiebant.

*Nocte Natalis  
Dominici ca-  
pitur Grego-  
rius.*

Sed quid plura? Adest nox, in qua tenebrarum filius lucis aggreditur ministrum. Missis itaque exploratoribus ad alios exquisitores venerunt. Nam quandam societatem, iuxta eandem Ecclesiam ex ipsius vici habitatoribus sibi ascuerant: & notantes omnia ad notitiam seclæsti illius miserant, quæ scrutati fuerant. Tunc ille legionem suam loricis indutam cum festinatione conduxit, ponens ita, vt post peractam siue de nece victoriam, seu de viuo portato triumphum: quemcunque equum quis habere posset, ascenderet: ne quis contra ipsos meditaretur insurgere. Ventum tandem ad Ecclesiam est: Papa verò gloriosus in *Præsepj* positus Missam noctis primam, sicut docet religio, decantabat, corpusque Dominicum tam ipse, quàm clerus eius susceperat. Reliqui verò, qui aderant, eadem adhuc Sacramenta percipiebant, cum magnus sub itò clamor, magnus & ululatus ex improviso intonuit, & Ecclesiam ipsam impleuit.

Tunc vndique lustrantes Ecclesiam, euaginatæ mucronibus percutientes, quos poterant; ad locum *Præsepj*, quo Papa eximius residebat, conuenerunt: percussisque ibidem aliquantis; ruptisque ostiis illis, angulum breuem *Præsepj* æterni Regis, & matris truculentis manibus intrauerunt. Tunc iniecerunt in eum manus, & tenuerunt. Quorum vnus educto gladio caput eius abscindere voluit, sed tamen, Domino volente, non potuit. Percussum tamen in fronte, grauiterque vulneratum de Missa nondum finita violentis manibus

*Capitur Pontifex.*

*Grauiter vulneratur.*

nibus abstraxerunt, cædentes & percutientes. Ille verò, ut agnus innocens & mansuetus, ad cælum oculos erigens, nullum eis dedit responsum, non reclamauit, non reluctatus est; neque, ut sibi in aliquo misereretur, rogauit. Tandem, exutum pallio, & casula, seu Dalmatica, & tunica, cum camisia tantum amictum & stola, ut furem tractum post dorsum cuiusdam sacrilegi posuerunt. Ille verò, qui frontem gladio percusserat, arreptus à Dæmonio ante eiusdem Ecclesiæ atrium diuolutatus est spumans, equusque eius fugiens nequam ulterius inuentus est.

*A Dæmone arripitur, qui Pontificem vulnerauerat.*

Tanti fama mali totam citò perculit Urbem. Quis vnquam tanta flentium, tantaque funebria narrare lamenta poterit? Sicut enim de Domini nostri Natiuitate Vrbs cæteris altius ciuitatibus congratulari solita fuerat; sic modò commota tristitiam sibi non modicam aduenisse proclamabat. Expauit pariter hoc factum cælum & terra, & ad tantum facinus vindicandum corda præparantur omnium. Tunc impletum est, quod dictum est per Prophetam: *Dies vestri conuertentur in lamentationem, & luctum & gaudium vestrum in luctum.* Et illud: *Plorans plorauit in nocte; & lacryma eius in maxillis eius: non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius.* Tunc sancta Ecclesia DEI dicebat: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die, ac nocte?* Et illud: *Audite, obsecro, vniuersi populi, & videte dolorem meum. Tunc, omnis maritus sumpsit lamentum; & qua sedebant in thoro maritali, lugebant.*

*Iob. 2.*

*Thren. 1.*

*Hierem. 9.*

*Thren. 1.*

*1. Machab. 1.*

Omnis itaque Clerus, pastore percussò, huc illucque discurrebat, & cuncta penè altaria exuentes denudabant. Nihil alicubi, præter quod antè dictum fuerat,

*a Videtur leg.  
pacata mon-  
strantur, ces-  
santibus Side-  
licet nimis il-  
lis imbribus,  
de quibus su-  
pra.*

in Ecclesiis diuini officij, illo die factum fuit. Elementa tamen ad tempus vsque illud turbata, ne populum zelantem Domini zelum prapedirent, <sup>a</sup> sed pacata monstrarentur: Terra verò aquam penè cunctam, quam nimia inundatione sustinuerat, absorbens, iterum quodammodo siccum ad hoc omnibus vleiscendum ostēdit. Tota itaque nocte signis, tubisq̄ue sonantibus, militibusq̄ue omnes aditus lustrantibus, ne aliquo portaretur extra Urbem ingenio, nullum vsquam vestigium patuit: sanè, re dubia, omnibusq̄ ignorantibus, vtrum viuus, an mortuus esset, populo congregato in Capitolio, referentibus quibusdam, innotuit, quod in quadam turri captus teneretur. Tunc omnes gentes tulère voces ad sidera.

*Pugnat Roma-  
nus populus  
pro Gregorio.*

Verùm, vbi primùm dies terris est reddita, omnes inter se hortantes populi innumerabiles ad domum Antichristi venerunt. Incepta itaque pugna est: sed primo congressu pars hostilis fugam arripuit, omnisq̄ue factio in eadem se turri conclusit. Tunc omni parte valatæ ignis appositus est; allatisque machinis, & arietibus, rumpitur murus, cunctaq̄ue inibi conclusa fit Domini populo præda. Nemo suum periculum vitabat, sed sui oblitus, pro posse pugnabat.

*Oppugnat po-  
pulus turrim,  
in qua Ponti-  
fex captiuus  
tenebatur.*

*Eximia chari-  
tas quorundã  
in malò tra-  
ctum Ponti-  
ficem.  
c traitionis.  
d hibernalis.*

Porro, quidam vir cum quadam nobili matrona Patrem Gregorium secutus est, qui ei solatium aliquantisper fuerant. Vir namq̄ue ille tædio <sup>c</sup> detractionis, & algore <sup>d</sup> imbernalis noctis afflictum allatis calefecit pellibus, pedesq̄ue eius in sinu suo composuit. matrona verò ipsa fomento medicaminis sui, Patris nostri plagam nimio sanguinis rosei profluuiio tabidam, deplorando mulcebat, omnesq̄ue illos DEI inimicos homicidas *sacrilegos* acclamabat: altera nimirum Maria effe-  
cta.

sta. Nam quemadmodum illa flens sua delicta, Domini vestigia lacrimando perfuderat: sic ista omnium crimina perferens, lacrimis suis tantum Pastorem prolebat. Osculabatur illa pedes Domini Salvatoris, quò deinde lota caput ad vsque perueniret. Hæc autem DE I, & Domini famuli primo baptisinate munda, postremò pectoris ardore adusta; caput, pectusque deosculans lacrimis rigabat. O memorabile pectus. O deuotissimæ foeminæ laudabile<sup>a</sup> iecur: quantus tibi tunc charitatis ardor inhæserat? cùm ante oculos tuos æterni Regis ministrum iniquorum manibus malè tractatum, vulneratumque prospiceres, nec Sathanæ ministris ex tuo ore pudico, sanctisque osculis, quæ pedibus, manibusque, & capiti tanti Patris feceras, iam purgata,<sup>b</sup> conuitia digna, & maledictionis iacula subtrahebas. Verè credibile est, animam tuam te pro Patris vita ponere velle, & tormenta potius inexistentia percurrere, quàm Dominum captum, & tam malè tractatum videre. Pugnat manibus omnium generosa Virago, & immodicæ mercedis omnium particeps, quam tum sibi accumulabat.

Luc. 7.  
Comparatio  
pia matrona  
cum Maria  
Magdalena.

<sup>a</sup> forte; cor.

<sup>b</sup> Videtur locus  
mendosus.

Verùm, quanto istius animosa fides: tanto alterius mulieris linguosa perfidia. Nam, sicut olim Dominicæ Passionis tempore, ancilla ostiaria Petrum terruerat: sic ista Vicarium eius mordacibus obprobriis conturbabat. Quæ quidè<sup>c</sup> illius traditoris soror fuerat, & idcirco tanto Patri maledicere non formidabat. Alter verò eiusdem traditoris minister, & <sup>d</sup> sequepeda, euaginatam gladium retinens, tanti viri caput, ipso die se abscissurum, blasphemando asserbat. Cuius impietatis vindictam velocissimum Domini iudicium non distulit. Nam lancea à foris vibrata, guttur eius diræ vocis

<sup>c</sup> Petulantia  
famula cuius-  
dam in Ponti-  
ficem.

<sup>c</sup> Qui Pontifi-  
cem ceperat.

<sup>d</sup> sequepeda.]

Diuina & itiq  
in improbum,  
qui Gregorium  
perimere mo-  
liebatur.

venam obruncans, ad terram orientem, palpitan-  
temque prostravit, sicque ad Tartarum misit.

*Dux totius  
tragedia fit  
supplex Gre-  
gorio.*

Traditor autem iam, iamque videns capiendam  
esse turrinam, & sibi periculum mortis imminere, co-  
actus procidit ad pedes Beatissimi Papae dicens: *Semper  
misericordiam, Pater, docuisti, docens perfecisti, errantesque  
conuertens, conuersos in fide solidasti, suscipe errantem, & ab  
iniquitatibus se conuertentem; conuersum solida, ne me de-  
sperationis profunditas absorbeat. Peccaui, erraui, tradidi,  
interfeci, sacrilegium perpetraui. Matris Regis enim thala-  
mum corrumpti, violentusque manibus, <sup>2</sup> tugurium & paruum se-  
cretarium DEI Filij violauit. Te Patrem, & meum Dominum,  
ut parricida, periurius, sacrilegius, manibus pollutis ex illius  
gremio <sup>b</sup> attraxi. Suscipe, libera, tuere, misericordiam fer, da  
remedium, consilium, suffragium: iniunge paenam, pone pe-  
nitentiam carceris, exilium, patriae diffugium, & DEI iudi-  
cio in me iustissime commotum, ex more, placa populum. Tuis  
me pollutum sanctis suscipe manibus: & huius diei mihi pe-  
nitenti concede spacium. Furcas mihi iure paratas corde con-  
spicio, dignam paenam intueor; & idcirco corpore prostrato,  
corde demisso me potentiae tuae trado.*

*a Intelligit  
Praesepe Domi-  
ni, a quo Ponti-  
ficis violenter  
abstraxerat.  
b abstraxi.*

Tunc Papa clementissimus, pio ut erat pectore, tan-  
ta supplicentem adorsus est. *Video te felle amaritudinis  
obligatum, & tuae mentis oculos tenebroso squalore contactos;  
qui lumen verae lucis, nobis tanto tempore laborantibus, co-  
gnoscere nequiverunt. Tu ipse nosti, quantis religiosis viris te  
commonuerim, quantisque, per memetipsum patientissimis ad-  
monitionibus sollicitauerim, quibus non solum non acquieui-  
sti, verum etiam in deteriora prorupisti: sed tamen adhuc  
ianua tibi vitae patet, tantum, ut conuertaris corde.*

*Responsio Pon-  
tificis ad pre-  
ces supplicis.*

Qui

Qui mox ad terram corruens, verum se reum, miserumque confessus est, promittens, omnia sibi iniuncta incunctanter perficere. *Confessor rei.*

Tandem vir mitissimus solita sibi pietate commotus respondit: *quidquid mihi ex ipsa iniuria irrogasti, paternè indulgeo. Quod autem in DEVM, & matrem eius, Apostolosq; seu, omnem Ecclesiam contraxisti, luendum fore pronuncio, ita vt primò Hierosolyman tendas; & postmodum, si viuus inde reuersus fueris, nostris te manibus, & consilio representes, vt sic saltem modo aliquo gratiam tibi reconciliare omnipotentis DEI valeas. Et quemadmodum cunctis filiis Ecclesia, subuersionis hæcenus exemplar fuisti, ita de cætero, conuersionis fias. Hæc itaque cuncta, pro vt iussum est, vt videbatur, explere, libentissimè spondit: & sic, diei illius liberationem promeruit.* *Pontifex ignoscit reo. Peregrinatio Hierosolymana penitentia loco iniungitur.*

Tandem Papa pius ad fenestram erectus, turbæ furenti expansis manibus, vt componeretur, & aliquam maiorum turrim ascenderent, innuit. Nonnulli verò putantes, quod eos ad opus, quod inceperant, hortaretur, fortissimo impetu turrim scandunt. Et sic foras adductus est, turbis omnibus flentibus præ gaudio, & pietate clamantibus: Cernebatur enim totus cruoris magnitudine respersus, & ideo nimio horrore perculsi voces ad sidera proferebant. *Liberatur Pontifex.*

Facta igitur victoria, omnes vnà cum Papa Gregorio ad DEI genitricis Ecclesiam, de qua nocte ipsa abstractus fuerat, gaudio nō modico repleti conueniunt. Tunc Pater communis Missam, quam nocte ministris diaboli præpedientibus finire non poterat, hora ipsa compleuit, & tanta victoria reuertentibus, benedictionis Dominicæ gratiam dedit.

Dein-



*Populus socios  
coniurationis  
punit.*

*Antesignanus  
clam aufugit.*

*Nihil eorum,  
qua promise-  
rat, seruat.  
Subitanea  
morte sublatū.  
Anno 1077.  
scribit Bertol-  
dus in Chroni-  
co.*

*Narratio de  
controuersis  
cum Rege Hen-  
rico.*

*Horum hodie  
est infinitus  
proventus.*

Deinde, cibus summo tenus degustatis, rursus cō-  
ueniunt, adhuc plenius perferutari omnes, qui inimico  
DEI se coniunxerant. Inuentis autem illis, omnia bo-  
na ipsorum perdunt, & exterminio tradunt, nihil om-  
nino linquentes præter personas, quæ præsidium cepe-  
rant. Verum dum apud præfatam Ecclesiam populus  
pro Pastoris liberatione grates DEO redderet; iniquus  
ille Iudas fugam cum vxore, filiis, & fratribus arripuit;  
& sic dimissis rebus suis, nudus euasit. Quidquid verò  
sui iuris olim esse poterat, populus postea adueniens  
distraxit, turribus, ac domibus subuersis, præfidiis vero  
fisci titulo sociatis. Perditionis verò filius, & Antichri-  
sti minister, ante mundi constitutionem damnatus,  
post suam euasionem, quidquid promiserat non solum  
minimè persoluit, sed etiam quibusdam sui similibus  
profanis associatus, consilia malignitatis contra libera-  
torem suum dare, quoad vixit, non abhorruit.

His itaque præmissis, ad ea, quæ cum Rege Henrico  
peracta sunt, veniamus, & innocentiam Gregorij Papæ  
ostendendo, mala, quæ pro bonis receperat, tam præ-  
sentibus, quàm etiam subsecuturis, prout possumus, in-  
dicemus. Nonnullos enim fore credimus, qui partim  
rei gestæ, partim auctoritatum SS. Patrum, ac Decreta-  
rum ignorantia, contra suæ salutis periculum Patrem  
communem reprehendere, infamare, & quod omni-  
nò inspectante DEO, malum est inexistentabile, male-  
dictiones ingeminare, nequaquam timeant. Qui, si for-  
tè diuina inspiratione commoti, magis amore cogno-  
scendæ veritatis, quàm superbæ procacitatis instinctu  
hoc agerent, veridicis, & approbatis, religiosisque viris  
interrogatis crederent. Habent enim religione pollentes  
Episcopos infinitos; & ut è multis paucos enuntie-  
mus,

mus,

mus, Geraldum Ostiensem, qui ob vitæ meritum ab Apostolica sede Gallicanis ex<sup>a</sup> patribus assumptus, septimum inter Cardinales Episcopos thronum<sup>b</sup> promeruit. qui ad eiusdem Regis causam inuestigandam ab Apostolica sede est transmissus, & ad confirmandum suo prolatum ore testimonium, plurimos est labores, pericula, vincula, carceresque ipsa pro veritate expertus.

<sup>a</sup> partibus.  
<sup>b</sup> Succesit iste Geraldus in Episcopatu Ostiensi, Petro Damiano M. LXXII. Legatur in Gallias & Hispanias 1073. Ad capitur, quo Bar. M. LXII.

Henricum Regem M. LXXIV. Et ad Mediolanenses M. LXXVII. à quibus anno etiam mortuus est, vide Bar. Annis citatis & Epist. 6. lib. 1. Greg. Vide Num. 52.

Habent<sup>c</sup> Prænestinum, qui ad eundem sufferendum laborem ab Urbe Roma missus est. Habetur insuper & Petrus Albanensis, qui ad confirmandum contra Simoniacos veritatis testimonium, immanem rogam pertransiens nudis plantis, sicut in<sup>d</sup> Registro Domini Alexandri II. Papæ scriptum reperitur, illæsus exiit. Habentur etiam complures ex ultramontanis partibus, Vdo Treuirensis, & Hermannus Metensis, Altmannus Pattauiensis, vel Lauriacensis, Aldebero Wirzburgenfis, Hugo Diensis, in cuius electione tantum lumen fertur cælitus descendisse, vt diem vinceret, & corda omnium, qui aderant, aduenisse Spiritum sanctum, non dubitent.

<sup>c</sup> Hubertus Episcopus Prænestinus, ad Henricum missus Anno 1074. Vide Epist. 28. lib. 2. Greg. <sup>d</sup> Regesto, cui inserta erat Epistola Florentinorum ad Alex. Papam, hac de re. Bar. M. LXIII. Num. 43. <sup>e</sup> Reprehendit tamen Hugo in Hist. de Bello

Saxonico Vdonem, quæstremisus, causam S. Petri contra Schismaticum Regem egerit. Ad hunc Vdonem exstat Epist. 31. lib. 1. Epist. Gregorij. Et Epist. 10. lib. 2. & 7. lib. 5. Epist. 16. lib. 5.

Hermannus Metensis feruentissimus defensor Gregorij fuit, ob idque varia incõmoda subiit. Vide Epist. 53. Gregorij lib. 1. Epist. 12. lib. 3. Epist. 2. lib. 4. Epist. 5. lib. 6. Epist. 21. lib. 8.

Altmannus & Adalbero similiter constantissime Schismaticis restiterunt; de quibus passim Bertholdus Constantiensis in suo Chronico. Et Auctor Apologia pro Henrico IV. Strumq, in exilium Vna cum aliis actum scribit. Ad Altmannum est Epist. 10. lib. 9.

Ad Hugonem Episcopum Diensem in Burgundia est Epist. 43. lib. 2. Greg. Eiusdem Hugonis mentio honorifica fit Epist. 20. lib. 4. Ad eundem est Epist. 22. lib. 4. Epist. 11. lib. 5. Epist. 3. lib. 6. Item Epist. 7. Epist. 15. lib. 9.

Ad satisfaciendum etiam incredulis cæterorum ordinum viri conueniantur: Abbas videlicet<sup>f</sup> Cluniacensis

<sup>f</sup> Hugo Abbas, ad quem est

K

censis

*Epist. 62. lib. 1.*  
*Epist. Gregorij.*  
*Epist. 14. &*  
*49. lib. 2.*  
*a Bernardus.*  
*Ad quem est*  
*Epist. 23. lib. 4.*  
*Epist. Greg.*  
*Eiusdem men-*  
*tionis Epist. seq.*  
*Epist. 7. li. 5.*

centis eiusdem regis Pater in baptisate, & <sup>a</sup> Berinhardus Massiliensis, qui ob instantissimum fidei calorem, bis confessor factus, propter Dominum exilia, comedesque est perpeffus. <sup>b</sup> Rapoto, qui nimirum propter sanguinis nobilitatem, & morum honestatem, in Regem à populo expetitus asseritur: Adelbertus, Odalcalchus, quibus tam à rege, quàm etiam à Papa res commissa fuerat.

<sup>b</sup> De hoc *Vrsperg. in Chron.* Hoc etiam prælio (*ad Elstram*) ex parte Regis Henrici Rapoto Comes, Regi satisfidus interiit, *Bruno de bello Saxon.* Rappodo, vnus de summis principibus portatur occisus. *An potius est ille Rapoto, de quo Vrsperg. Anno M. XCIX.* Rapoto Palatinus Comes, & Vdalricus Comes patruelis eius, defuncti sunt.

Et, vt nullus sexus pertranseat, veniamus etiam ad honestas, & tam religione, quàm etiam secularium rerum potentatibus locupletes mulieres: Reginam videlicet <sup>c</sup> Agnetem, eiusdem iniquissimi regis matrem, & vere reginam; quæ, regali diademate dimisso, sæculum istud deserens, DEI, eiusque matris, Apostolorumque eius Petri & Pauli vestigiis inremissibiliter adhæsit: <sup>d</sup> Beatricem in super, eiusque nobilissimam prolem Mathildem; quæ, licet mundanâ curâ Ducum officium, Italiam gubernando, gesserunt, vt Delbora nimirum effectæ, (quæ iudicans Israël Iabin cum suis omnibus in torrentem Cison disperfit) hoc est, iniquos multotiens confusibiles contriuerunt: quæ quidem inter Dominum Papam, & Regem mediatrices fuerunt; & regni statum componere, & confirmare desideranti desiderio cupiebant.

<sup>c</sup> *Mater Henrici IV. mulier pietate prestantissima, ad quam exstant Epist. Petri Damiani lib. 7. Epist. 4. 5. 6. 7. 8.*

<sup>d</sup> *Ad has, præsertim ad Mathildem, complures leguntur Greg. Epistola in Regesto. De Mathilde in Gregorio VII. ferme singulis annis aliquid tibi supeditabis Baronius. Ad Beatricem exstant quoque Epist. Petri Damiani lib. 7. Epist. 13. 14. 15.*

Horum omnium, aliorumque probabilium totius conditionis testimoniis non acquiescere, nihil est aliud, quàm DEI iram promereri, perpetuæque damnationis subire sententiam. His itaque ad tanti Patris innocen-

nocen-

nocentiam ostendendam commemoratis, illius regis fraudes, machinationes, & interdum etiam in S. Petrum contumelias, nostræ <sup>a scheda.</sup> cedula coniungentes, ne in erroris tenebroso ignorantia scire volentes iacere permittamus, pro viribus coepta sequamur.

QVOMODO HENRICVS  
QVARTVS INDIGNVS RE-  
gno successit.

**H**ERTIO igitur Henrico mortuo, quartus ille Henricus Rex, permittente Romano Pontifice Victore, qui tunc morienti praesens erat, haereditario iure, nimirum puer, successit; (sed Salomone attestante, & dicente; *Va tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius Principes manè comedunt;*) ad destructionem sui, & totius regni, quidquid usquam sceleris esse potest, patrauit. Cæco corde petulans Patrem non timuit, sed reddentibus eunctis testimonium pueritiæ, imperfectæque ætati, lasciuia eius Romani Pontifices supportarunt: existimantes illum virile scandere tempus, quo corrigi posset per se; non attendentes, quod scriptum est; *qui parcit virga, odit filium suum;* nutritur namque vitium; & dum ramus tener non mundatur, aut euellitur; in maturitatem veniens manu vix, aut ferro præciditur. Sic nimirum ille maiorum ascendens currum, omnem Ecclesiam superbi-  
enti calcaneo supponere, calcandamque præbere vilem vt ancillam, pro viribus conabatur.

Mortuus est  
Henr. 1057.  
Bertol. in Chrō.  
Bar. M. L. VI.

Eccles. 10.

Qualis Henricus  
in pueri-  
tia.

Lege Brunonē  
inst. Belli  
Saxonici.  
Prouerb. 13.

Luc. 22.

a Anno 1062.

b contrarius.

c peruenire.

d Non exstat  
Regestum A-  
lex. Pontif.e Videtur Pau-  
lus loqui de  
duabus Episto-  
lis ad Henricū,  
qua exstant  
lib. 2. Regesti  
Epist. 30. & 31.  
Quam autem  
solicitus fue-  
rit de corre-  
ptione & emē-  
datione Regis  
apparet ex E-  
pist. ad Gode-

Quod scelus Romana Ecclesia non ferens, quæ ca-  
put totius Religionis, & Magistra est: & cui cunctos se-  
culi potentes præ cæteris corrigere, vacillantesque cō-  
solidare proprium est, ipso Domino præcipiente Apo-  
stolo Petro; *Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tu-  
os: literis eum conuenire, & commone, & prædicare  
cœpit. Cuius collum Christi collum ferre nescium, li-  
bertatis suæ arbitrio induratum, hac, illacque auertendo  
diffugit, nouo pectore noua versans consilia, tem-  
pus opportunum exspectauit, quo Romanam Ecclesi-  
am, vt cæteras, sibi subiicere possit. Ad quod postea res  
vt ipsa patuit, annisu, quo valuit, erectus est. Nam mor-  
tuo Nicolao II. Papa, <sup>a</sup> subintroductoque sanctæ me-  
morizæ Alexandro, vesania suæ mentis arreptus, hæreti-  
cum Cadaloum Parmensem malè nominatum Episco-  
pum, data per manum suam inuestitura, in Papam eri-  
gere non formidauit. Verùm, cedentibus omnibus,  
ad effectum <sup>c</sup> perducere potuit. Quo tempore, quantis  
sit paternis literis communitus, eiusdem <sup>d</sup> patris Alex-  
andri libri testantur. Cui Pater Gregorius, postquam  
Domini voluntatem fugiens, & renitens, succedere  
coactus est, vt decebat, paterna illum visitauit commo-  
nitione, <sup>e</sup> orans, & postulans, vt pro amore omnium  
regis, etiam pro sui status salute, pro animæ suæ reme-  
dio, ablatis quibus oportebat, tantum sanctæ Ecclesiæ  
filium, & membrū, abstinere, pedem retraheret, agno-  
sceretque Regem regum super se inspectorem, qui cor-  
dium consilia, & tenebrarum abscondita cognoscens,  
vnicique secundum opera sua reddit: rogans etiam,  
vt consiliarios pessimos, qui magis sua, quàm eum dili-  
gebant, dimitteret: quoniam, talium consiliis consen-  
tire,*

rire, nihil aliud esse, quàm mortem acquirere, regnumque subvertere, & in fabulam cunctis gentibus fieri vel-  
le, significabat.

<sup>a</sup> Ad hoc Rex ipse parumper commotus, literas supplices, & magis, ut postea claruit, subdolas, emendationem promittentes, misit. Allatis itaque literis, tota Ecclesia lætata est, sperans, sacerdotium, & regnum, Dei gratia coadunandum, ad purgandum omne, quod in ipsa sparsim incumberebat sordidum. Tunc communi consilio definitum est, ut pro tanta causa, tamque DEO dignatione, <sup>b</sup> Agnes mater eius Augusta, vna cum venerabilibus Episcopis, Ostiensi videlicet, & Prænestino, è latere Domini Papæ missis, Regem cum Apostolicis literis adiret, ut tanta promissione percognita, certum finem malæ rei hactenus commissæ, imponere vellet: Quam Rex ipse, cum memoratis Apostolicis nunciis honorificè suscepit: reuersusque ad cor, ut iustum fuit, in omnibus DEO, & sancto Petro satisfecit. Quidquid etiam legati sibi superposuerunt, humillima mente portare promisit in manibus eorum, de cætero se custodire, omnesque Simoniacos, malosque consiliarios, & excommunicatos à se procul repellere, & DEI Ecclesiam secundum Canonicam institutionem per consilium Papæ ordinandam, componendamque dimittere. His, aliisque causis determinatis ad Apostolicum reuersi sunt.

Rex quoque reuersus est ad eadem volutabra, quibus inuolui consuêrat, credens nimirum magis suæ blandienti voluntati, malisque consiliariis, quàm sanæ religioni. Ad quod corrigendum mater eius Augusta iterum à sede Romana missa est. Cum quo, tempore aliquo conuersata, sanctæ matris Ecclesiæ erga illum

*fridum Ducem  
lib. 1. Epist. 9. Et  
ad Beatricem  
Ducissam li. 1.*

*Epist. 11. Vide  
Bar. 1073. N.*

*41. & seq.*

*a Exstant ha  
litera ap. Bar.  
1073. N. 43.*

*Gaudium cõ-  
mune ob Hen-  
rici literas e-  
mendationem  
pollicentes.*

*b De hac lega-  
tione vide Lã-  
bertum Anno  
M. LXXIV.*

*Promittit Rex  
se obtempera-  
turum Ponti-  
fici. Lege Epist.  
85. lib. 1. ad  
Agnetem Im-  
peratricem.*

*Rex redit ad  
Somitum.*

*Agnes Imp.  
mater rursus  
ad Regem filium  
ablegatur.*

Matth. 23.  
Luca 8.

affectum omnem aperuit. Ille verò iactum Verbi semen cordis agro recepit, sed, secundum Euangelicam parabolam, dum mater ferit, aliud cecidit secus viam, quod tam humanis gressibus conculcatum, quàm à volucris est raptum: aliud verò inter spinas, & ab exortis suffocatum, fructum ferre non valuit: aliud verò super lapidei cordis duritiam iactum, adustum solis ardore, radices habere non potuit. Per humanos quidem gressus, malorum hominum, quibus utebatur, consilia: per volucres verò, immundorum spirituum suggestiones: per spinas verò, diuitias, regiasque voluptates; per petram verò, duritiã cordis significari, intelligere quilibet sensatus poterit. Moram autem faciente Regina, suas iterum literas Papa misit, vt instaret verbo, & liberationi filij, ipsumque rogauit, vt quemadmodum in literis sibi olim missis continebatur, legatorumque in manibus promissio, & fides data ostenderat; sic, se custodiret, & maximè à Simoniaca hæresi, qua insudabat, spiritum suum cohiberet, excommunicatos consiliarios, quos pro salute sua, regni que statu Apostolica sedes, & Synodus iustè damnauerat, procul abiiceret, ne in eandem maledictionem incideret. Regina Romam reuertens, filium ad DEI iustitiam, & honorem inclinatum fore asseruit. Cui non multò post vacillanti blandientes, & idoneæ li-

teræ bis missæ  
sunt.

*Forſan ſunt  
duæ illæ Epist.  
lib. 2. nempe  
30. & 31. de  
quibus ſuprà.  
Certè probabi-  
lius huc refe-  
runtur, quã ad  
ſuperiora.*



QVO-

QUOMODO SAXONES  
CONSPIRABANT CONTRA  
Regem.

**N** LLO<sup>a</sup> quidem tempore Saxones, quoniam videbant ab eo se nimium crudeliter tractari, vnanimiter cōspirauerunt, vt pro Rege illum amplius nō haberent. <sup>b</sup> Vnus, coactus supplices, ad Apostolicum literas direxit, orans, vt suis orationibus commendatum susciperet; quatenus eum de tam horrendo, pauidoque iudicio iam imminenti, suis meritis excelsi Regis dextrā eriperet. Iterum, iterumque promittens, nil vnquam amplius de Ecclesiis DEI facere, quod sancti Canones reprehendere possent. Cuius precibus motus Papa, eisdem Saxonibus literas, & nuncios misit; & circa eiusdem Regis radices fodiens, prædicationis suæ cophinos misit, expectans scilicet, vt grossos ex ficu colligere posset. Sed, vnde sumere humoris boni plenitudinem debuit, inde, post marcidus aruit: & expectata vitis ad pingues botros ferendum, labruscas viles, & exiles portauit: & seges foliis pulchrioribus ornata, messis tempore nil aliud, quàm infandæ permissionis lolium protulit. Monuit equidem Regem, interim se ab armis suspenderet, donec è Saxonum partibus nuncios haberet. Rex verò non acquiescens literis, & cōmonitionibus Patris, terras Saxonix intrauit, vbi ex vtraque parte, hominū peccatis exigētibus, multus humanus sanguis effusus est. Regis tamē in manibus, iusto DEI iudicio, victoria data: per qua, sub manibus Domini humiliari debuit; tanquā ignitus, & spiritu elationis inflatus, contra ipsum intumuit. Nam cuncta, quæ pridē per matrē, per Episcopos, per Clericos, per

<sup>a</sup> De belli huiusmodi initio & progressu habes integrum commentariū Brunonis tom. I. Illustrum scriptorum Germania. <sup>b</sup> Videtur legendum: Henricus.

Vide Epist. 39. lib. I.

Lege Bar. Anno M.L.XXV. N. 21. & seq.

per



Rex fallit fidē,  
a securior. per communes nuncios, & priuatos antea promiserat:  
postmodum, quia<sup>a</sup> securius, in irritum duxit: Siqui-  
dem Ecclesias, quas in manibus Domini Papæ corri-  
gendas sub iuramento posuerat, non solum non dimi-  
sit, verum etiam, contra decretales Patrum institutio-  
nes, quibusdam adulteris, & Simoniacis sub inuestitu-  
ra contradidit: Inter quos etiam<sup>b</sup> Gotefridum propter  
Ecclesiæ Mediolanensis inuasionem excommunica-  
tum, eiusdem inuasionis adulterio inuestiuit; <sup>c</sup> Altono  
cum Papa morante, quem Archiepiscopum melior  
pars Cleri, & populi suum Dominum elegerant. Dedit  
etiam Firmianam, & Spoletanam....<sup>d</sup>

Vide Brunonē  
in tit. belli Sa-  
xonici.

b Vide Baron.  
Anno 1073, &  
1067.

Et Epist. 15. li. 1.  
Epist.

c Guidone, ita  
Epist. 15. Greg  
d Videtur ali-  
quid deesse,

Greg. Papalib.  
3. Epist. 10. ad  
Henricum Re-  
gem. Nūc qui-

dem contra  
statuta Apo-  
stolica Sedis  
tradidisti Fir-  
manam & Spo-  
letanam Ec-  
clesiam, &c.  
quibusdam  
personis nobis  
etiam ignotis.

Vide Epist. 10.  
& 9. lib. 3. Re-  
gesti.

e Videtur esse  
Tedaldus. ad  
quem est Epist.  
9. lib. 3. Num  
Gotefridus  
inuasor prior,  
tam excesso-  
rat.

His autem ad Apostolicam Sedem perlatis, Papa  
Gregorius non modicum conturbatus est. Cœpit inte-  
rea agitari multis sollicitudinibus: quoniam cuncta,  
quæ ad pacem prouenire sperauerat, verti in contraria  
perspiciebat. Tandem causas aliquas sibi per quosdam  
legatos secretè missas, quibusdam personis, honestisq;  
viris patefecit; vt perpenderēt, quid super his statuen-  
dum foret. Tantis itaque promissionibus, imò simula-  
tionibus inspectis, omnes mirari cœperunt. Verum, ne  
Romana Sedes videretur aliquid iniuste, seu præcipi-  
tante agere, definitum est; vt, eidem Regi acriores li-  
teræ scriberentur; in quibus plenè cognosceret, nullo  
timore, amorēue iustitiam dimittere posse, Romanum  
pastorem. Scripsit autem ad Beatricem, eiusque filiam  
Mathildem, quæ tunc temporis Italiam totam, præ cæ-  
teris gubernabant: ad eundem Regem, <sup>e</sup> ad inuasorem  
Mediolanensem; ad suffraganeos omnes.

Tunc Rex graui mœrore, & timore correptus, hac,  
illacque mente furibunda transcurrens, omnes suos  
nequam consiliarios aduocauit; deductis in medium  
non-

nonnullis seductoribus ante peruersæ mentis oculos; qui plura, quibus humana mens falli solet, proposuerunt; regni honorem à Patre dimissum; liberum arbitrium; opes infinitas; militum abundantiam & fortitudinem; Episcopos, Duces, Tyrannos & sub fidelitate Principes constrictos, superborum etiam colla suo iugo contrita; quæstû insuper Ecclesiarum, suis manibus traditarum; & multa alia, quæ, vt diximus, secularium mentes illiciunt. Inter quos Mogontinus fuit Archiepiscopus, & reliqui, qui sub ipso debebant Suffraganei.

*Artes consiliatorum.*

Facta verò tali conuentione, statuerunt; vt Imperialis constitutio, cunctos in suo regno manentes Episcopos, cursoribus vbique missis, ante suam præsentiam iuberet assistere; & coadunatis omnibus, anathemati, quod à Mogontinus hæreticus contra B. Petri Vicarium, imò in Dominum, & Apostolum eius componeret, subscriberent. Quod si fortè motus aliqua reuerentia quis eorum se subtrahere vellet, rebus omnibus, & dignitate priuatus, vt regalis maiestatis obnoxius capitalem subiret sententiam.

*a Sigifridus.*

Interea legatis vndique missis; ab Vrbe quidam Hugo olim Cardinalis, tunc autem inter Episcopos hæreticos præcipuum caput, qui iam tertio ab Apostolica Sede damnatus fuerat: quia quosdam Simoniacos reconciliare præsumperat, fictitiis suis literis Archiepiscoporum, Episcoporum personas representans, aduenit, laudans omnia, quæ super Dominum Papam composuerant; proiectis in medium aliis epistolis, sub omnium Cardinalium, senatusque, ac populi nomine titulatis, quibus significabantur quædam proclamationes ad præsentiam regiam delatæ; vbi etiam contine-

*De hoc Hugone  
vide Lamb. in  
Chronico. Bar.  
M. LXXVI.  
N. 12.*

*Hugo succinis  
conciabulo  
Vormaciensi.*

L                      ban-

*Fictitia eius  
littera.*

bantur postulatio noui Pontificis, & abiectio legitimi Pastoris: subintulit etiam multas inimicitias, quas patiebatur à Nortmannis, à circumiacentibus Comitibus, ab ipsis etiam traditoribus in vrbe manentibus, Quibus visis, Rex non modicè lætatus, & ad opus componendum fomentum desideratum accepit.

*a Ita nominat  
propter schif-  
ma, cuius au-  
tor Diabolus.  
b Lege Bar.  
M. LXXVI.  
N. 14. 15. 16.  
Conuenticulū  
Papientse.*

Adductis itaque in medium<sup>a</sup> diabolicis Pontificibus, anathema<sup>b</sup> super Dominum Papam, imò super se ipsos protulerunt. Missis etiam in Longobardiam, & Marchiam à latere Regis tam nunciis, quàm apicibus, visum est, vt facto anathemati subscriberent. Congregatis ergò omnibus Papiæ, ex præcepto Regis, & magis ex propria maleuolentia, & odio, vt res patuit, anathemati subscripserunt. Nam ad ostendendum malæ voluntatis cumulum, positis sacrosanctis Euangelis, iuramento firmauerunt, nullo modo se deinceps Gregoriū pro Papa habituros, vel obedientiam exhibituros. Missis & aliis nunciis, idem effecerunt. Scripsit autè idem Rex Romam literas, omni iniuria inhonestas, falsitateque repletas, præcipiens Domino Papæ, vt de sede surgeret, Ecclesiamque dimitteret: vocans eum periurū, inuasorem, & regiæ dignitatis diminutorem, maximè Simoniacis Longobardiæ elaborantibus.

*Coniucia Regis  
in Pontificem.*

*Impudentia  
cuiusdam Cle-  
rici Parmensis.*

Statuerunt etiam, vt non antè literæ darentur & verba, quam Synodus, quæ congregata in Romana fuerat Ecclesia, plenius hoc audire posset, quod etiam factum est, Nam & Papa Synodum faciente, quidam Parmensis Clericus Domini Apostolici ad iniuriam, cum eisdem literis præsentare se, non abhorruit, & easdem blasphemias in facie totius Ecclesiæ, & conuentus proferre non formidauit.

Per idem tempus, prodigium ad illius iniquitatis indici-

dicium, & confirmationem futuræ rei; in Vrbe, iuxta B. Petri Ecclesiam ortum est: quod omnium corda nimium in stuporem conuerterat. Nemo enim aliquam significationem super ipsum dare & proferre dignè, conuenienterq; poterat. Siquidem gallina ouum mirifico cælatum opere peperit, in quo duo mira insignita fuerant, serpentis scilicet, & scuti similitudo nimio horrore tenebrosa. Serpens verò in triplicè ex eodem oui cortice se sinuationem erexerat, vertice se sursum erigere velle ad summitatè oui conabatur: Caudã verò in partè tenebrarũ illius extenderat. Sed dum ad oui summitatem tenderet, quodam ictu re percussus, ventre tenus caput reflexerat. <sup>a</sup> Scupeas verò eius nõ depicta, sed extra corticis ordinem posita, manu deprehendi; & tractari, vult alia materialis res, poterat. Considerantibus autem omnibus, & mirantibus Episcopis, cæterisque, qui in Synodo confederant; nuncius ille Antichristi aduenit.

Portentum.

*Domizio ap. Bar. 1076. N. 17. eiusdem prodigij meminit. Sed dicere videtur animum hoc non à gallina positum; sed sculptum fuisse.*

*a Scupeas, seu scuppeas, cuiusmodi videtur ex Germanico Schuppen; pro pelle squamosa.*

Postquã verò, finito hymno, facturus sermones exhortationis omnibus, Papa confederat: ille præcursor Antichristi, non tribuens honorem Deo, magisq; diligens terrenum, quàm cæleste imperiũ, sic eundem Papam alloquitur: <sup>b</sup> Dominus meus Rex, & Episcopi omnes Ultramontani & Italici, præcipiendo mandant, ut inuasam sedem B. Petri, & Romanã Ecclesiam amodò dimittas, Non est enim dignũ, sine præcepto illorum, & imperiali dono, tantum honorem scandere. Et conuersus, Clero Romano dixit: Vobis dicitur, fratres, ut ad futuram Pentecostes solennitatem regio conspectui vos representetis, suscepturi de manibus Regis Papam & Patrem: quia hic, non Papa, sed lupus esse dinoscitur rapax.

*Clericus Parmensis Synodũ Romanam ingreditur.*

*b Verba eius ad Pontificem.*

Ad cuius verba mox Ioannes Portuensis Episcopus, morum honestate, & religione vir præclarus, factò impetu surgens, immensa voce clamauit; capiatur. Tunc

*Periclitatur impudens homo de Vita.*

L 2

Præ-

Præfectus, facto impetu, cum iudicibus, militibus, & Romanis nobiles tantum impostorem, euaginat in ipsa Ecclesia Saluatoris gladiis, ante Domini Papæ præsentiam interimere voluit: & fecisset, nisi pius Pater toto corpore se super eum proiecisset, omnibus de eius morte clamantibus.

*Eripitur periculo à Pontifice.*

*Oratio Pontificis qua animos concitatos placat.*

*2. Timoth. 3.*

*1. Pet. 1.*

*Matth. 18.*

*Luc. 10.  
Matth. 10.*

Tandem, vix impetrato silentio, Dominus Papa dixit: *Nolite filij, Ecclesia sancta Domini DEI nostri quietem in seditionem aliquam commouere.* Oportet enim instare tempora, secundum diuinarum Scripturarum seriem, *periculosa: in quibus homines se ipsos amantes, cupidos, superbos, elatos, parentibus inobedientes, neque Præceptoribus reuerentiam exhibentes esse, necesse est: vt, patientia filiorum DEI, exhibitio fidei nostra multò preciosior sit auro, quod per ignem probatur.* Clamat nobis diuinus sermo dicens: *Necesse est, vt veniant scandala: va autem homini illi, per quem scandalum venit.* Et iterum, ad ostendendum nostræ qualitatæ modum, qualiter inter inimicos nostros conuersari debeamus, subiunctum est. *Ecce, ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae.*

Nunc verò licet Antichristi præcursor in Ecclesiam surrexerit, nos tamen multis à temporibus, tam à Domino, quàm à sanctis Patribus edocti, sic geminæ scientiæ munere, gressus incedamus per pristinos, vt quemadmodum pij Patres serpentis astutiam columbina simplicitate condiuerunt, simplicitatemque columbæ serpentis astutia fugauerunt: ita & nos mansuetudinem felle carentis alitis teneamus, & prudentiam serpentis non relinquamus. Vtrumque enim mente gestare, nō est vitium, sed dignæ discretionis arcanum, Nō enim aliquem odio prosequi debemus, sed impru-

den-

dentia fatuitatēue legem Domini volentes infringere, subportare. Ecce enim acceptabile tempus adest; ecce iterum Dominus spiritualiter inter homines ambulat, clamans, & dicens: *qui vult venire post me, abneget semetipsum, & reliqua.* Matth. 16.

Ad viam ergo vitæ nos Dominum vocantem sequi oportet, si hæreditatis æternæ fructum desideramus carperere. *Per multas tribulationes*, vt Doctor noster docuit, *oportet nos intrare in regnum DEI.* Satis est, quod huc vsque in pace viximus Ecclesiæ: nunc verò diu aridam messem sanctorum, iterum sanguine conuenit irrorari, vt fructus illius longo tempore, tabidus senio, recenti rore perfusus, in pristinum redeat decoris aspectum. Videmus pugnam diaboli in apertum proflire campū, hæctenus fuscis squaloribus adopertam. Nunc ideo Tirones Christi, doctas manus ad prælia gestantes, conuenit obuiare: quatenus Christi fides, quæ, eodem inficiēte diabolo, toto penè terrarum orbe dispersa, relictaque cernitur, cuncta, Domino DEO per nos pugnante, instauretur. Ad detrimentum nempe nostræ salutis, seculares quotidie propugnare conspiciamus; qui, nihil aliud, quàm gehennam acquirunt: si nos, quibus viuere Christus esse debet, & eius etiam amore mori, lucrum; quibus in retributione post istam miseram, & imaginariam vitam felicitas præparatur æterna, à DEI legibus, & fide nostra orthodoxa, pedem, hosti cedendo, retrahamus. Philip. 2.

Commoneat<sup>a</sup> nos saltem vox Dominica, quæ dicit: *qui me erubuerit, & sermones meos; hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum Angelorum.* Luc. 9. Terribile nobis videri debet, si tempore illo, à tanto tribunali sententiam nostris negligentis

diræ verecundiæ capiamus; quorum laboribus iudex omnium alios remunerare vult. Ideo enim domus suæ speculatores nos æterna Sapientia esse voluit, vt ipse postmodum venturus inhabitator mundam domum nostro studio habere possit. Ad quod scilicet opus egregium instare Domini sacerdotes hortantur, cum in maturo tempore legibus Domini, senescentes post quinquagesimum annum custodes vasorum Domini præcipiuntur fieri. *Vasa quippe, vt B Gregorius ait, nostra sunt corda, quibus ferimus cuncta, qua cogitamus.* Corda etiam DEI viui templum esse, sacra testantur eloquia: quæ quidem tanto mundari conuenit diligentius, & ornari, quanto illorū inhabitatorem cæteris mundiorum esse dinoscimus. Scriptum quippe est: *Mundus habitator mundam querit domum.* Et iterum: *Euigilate iusti, & nolite peccare.* Et iterum: *Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cænabo cum illo, & ipse mecum.*

Videmus iam fratres, si corda nostra erigere conemur intentè, auctorem nostrum pulsare, nosq; cõmonefacere, vt aperiamus illi, & claudamus ostium diabolo, & eius satellitibus & complicibus pro viribus resistamus, *in promptu habentes vlcersi*, secundum Apostolum, *omnem inobedientiam.* Neq; timendum est, etiam si præualere possint aduersum nos: (quoniam ideo illis potestas à iusto traditur iudice, vt fiant nostræ probationis caminus, cito in cinerem, & fauillas consumendus, nosq; vasa explorata perpetuò in Domini ministerium assumenda) speramus sanè, nec dubitamus, quòd nulla tribulatio, persecutio, gladiusue, vincula, carceres, exilia, instantia, futura, poterunt nos separare à charitate, quæ est in Christo IESU, & sanctis eius legibus. **Melius est enim mori p legibus Domini, q̄ corundem per-**

*Nam. 1.*

*1. Cor. 3.  
2. Cor. 6.*

*1. Cor. 15.  
Apoc. 3.*

*2. Cor. 10.*

*Matth. 26.*

*Rom. 8.*

guasoribus, & destructorib. terga vertēdo Ecclesię<sup>a</sup> quoniam nō obuiare talib. Christi planissimē est fidē negare.

Videmus prę oculis, & manibus habemus<sup>b</sup> signū antiqui serpētis; & omnipotens DEVS ideo vobis ostēdit, vt cautos, sollicitosq; redderet, & quid super filium superbię extollentem se aduersus hanc sanctam Ecclesiā Catholicā facere debeamus, insinuaret. Sancta quippe scriptura, Fidem, sanctaq; Ecclesię figuram *oui* nomine designat; in qua quidē malos cum bonis permistos esse vsq; ad mundi terminum, nullus fidelium dubitat. Sed licet fraudibus, deceptionibusq; aliquandiu se occulte studeant, non semper latere, Domino reuelante, possunt, vt, cū in apertum venientes emicarent, cunctis appareat fraus, quę latebat, & in cognitos sancta DEI Ecclesia ultionis gladium exerat.

Rex iste, cuius figurā DEVS mihi demonstrari, & cognosci p serpentis similitudinē voluit, hactenus timēs, suis subdolis verbis & nunciis, velut in tenebrose noctis caligine latuit: quin imō foras saliens, & corde gestabat, ostendit sufficienter ad condemnationem, q̄ passim per DEI Ecclesias cōmiserat: nunc verò, vt cernitis, caput ad Fidei nostrę fundamentū erigere cōperat, sicut scriptū est: *Posuerunt in calū os suū, & lingua eorum transiit in terra.* De quo Ioannes Apostolus dicit; *Et datū est ei os loquens magna, & blasphemias.* Et illud; *Et cauda eius (Dragonis) tertiam partem stellarum traxit.* Non attendit miser, quid veritas ipsa dixit Magistro nostro, & Principi Ecclesię: *Super hanc, inquit, petram edificabo Ecclesiam meam: & porta inferi non preualebunt aduersus eam.*

Nunc igitur, fratres, cōuenit gladiū ultionis exerere, & inimicū DEI & Ecclesię alligando percutere, vt percussum caput, & ad Fidei fundamentū, & omnium Ecclesiarū, erectū esse dinoscitur, corruat: vt, quemadmodū

in

a iura prodere.  
ha. & vel similes  
Voces in MSS.  
apographo de-  
siderantur.  
b nempe ouem  
illud prodigio-  
sum, de quo su-  
pra.  
Oui huius my-  
stica declara-  
tio: qualem &  
Domino ad-  
fers.

Psal. 72.

Apoc. 13.

Apoc. 12.

Math. 16.



Gen. 3.  
Luc. 12.

in primo superbiae suae tempore ei dictum est; pectore & ventre repat. *Nolite timere*, ut ait Dominus, *pusillus grex; quia complacuit patri vestro dare vobis regnum*. Satis est, quod hucusque sustinuitis; bene convenienterque illum commonuistis; nunc verò cauteriatam conscientiam se habuisse cognoscat.

*Responsum Synodi ad orationem Pontificis.*  
*afors. blasphemum.*

*b desideratur, in MSS. nostris.*

*c amplectemur.*

*d auferatur.*

*Psalm. 57.*

His, atque aliis nonnullis peroratis, sancta & magna Synodus dixit: Tua, sanctissime Pater, censura, quem ad regendum nostri temporis seculum divina peperit clementia, contra <sup>a</sup> blasphemiam, inuasorem, tyrannum, desertorem, talem sententiam proferat, quae hunc conterat, & futuris saeculis transgressionis cautelam cōferat. Deinde quippe <sup>b</sup> est iussis tuis obedire, & obsecundare, ut possumus: neque facere cupimus animas nostras preciosiores nobis. Libenter enim, si necesse est, mortem <sup>c</sup> amplectimur, ut Patrum nostrorum vestigiare relinquere non videamur. Cur enim non demus pro DEI nostri sanctis legibus illud quod à nolentibus nobis <sup>d</sup> auferatur? Gaudium exere, iudicium exerce, ut lætetur quilibet iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauet in sanguine peccatoris. Tandem omnibus acclamantibus; definitum est, ut honore regio priuaretur, & anathematis vinculis tam prænominatus Rex, quam omnes assentanei sui colligarentur. Accepta itaque fiducia Dominus Papa, ex totius Synodi consensu, & iudicio protulit anathema in hunc modum.



ANA-

ANATHEMA, QVOD GREGO-  
RIVS VII. PROTVLIT IN RE-  
GEM HENRICVM.

**B**EATE Petre Apostolorum princeps,  
inclina, qua sumus, pias aures tuas no-  
bis, & audi me seruum tuum, quem ab infan-  
tia nutristi, & vsque ad hunc diem de manu  
iniquorum liberaisti; qui me pro tua fidelitate  
oderunt, & odiunt. Tu, mihi testis es, & Do-  
mina mea mater DEI, & beatus Paulus fra-  
ter tuus inter omnes sanctos, quod tua sancta  
Romana Ecclesia me inuitum ad sua guber-  
nacula traxit, & ego non rapinam arbitratus  
sum ad sedem tuam ascendere, potiusq; volui  
vitam meam in peregrinatione finire, quam  
locum tuum pro gloria mundi, seculari ingenio  
arripere: & ideo ex tua gratia, non ex meis ope-  
ribus credo quod tibi placuit, & placet, ut po-  
pulus Christianus tibi specialiter commissus,  
mihi obediat, \* specialiter pro vice tua mihi  
commissa; & mihi tua gratia est potestas da-  
ta à DEO ligandi, atque soluendi in celo & in  
terra.

Exstat lib. 2.  
Epist. Gregorij  
VII. post Epist.  
5. pag. 683. Edit.  
Rom. Et eod.  
lib. post Epist.  
10. Et apud  
Brunonem de  
Bello Sax. fol.  
124.

\* MS spiritua-  
liter.

Hac itaque fiducia fretus pro Ecclesia tua

M hono-

honore, & defensione, ex parte omnipotentis  
 DEI Patris, & Filij, & Spiritus sancti, per  
 tuam potestatem, & auctoritatem Henrico  
 Regi, filio Henrici Imperatoris, qui contra tu-  
 am Ecclesiam inauditâ superbiâ insurrexit,  
 totius regni Teutonicorum, & Ftalia guber-  
 nacula contradico, & omnes Christianos à  
 vinculo iuramenti, quod \* sibi fecere, vel fa-  
 cient, absoluo, & ut nullus ei sicut Regi serui-  
 at, interdico. Dignum est enim, ut qui studet  
 honorem Ecclesie tue imminuere, ipse hono-  
 rem amittat, quem videtur habere. Et quia  
 sicut Christianus contempsit obedire, nec ad  
 Dominum rediit, quem dimisit, participando  
 excommunicatis, & \* multas iniquitates fa-  
 ciendo, meaq; monita, quæ pro sua salute sibi  
 misi, te teste, spernendo, seq; ab Ecclesia tua, ten-  
 tans eam scindere, separando; vinculo eum  
 anathematis vice tua alligo: & \* sic eum ex  
 fiducia tua alligo, ut sciant gentes, & compro-  
 bent; quia tu es Petrus, & super tuam pe-  
 tram Filius DEI vini edificavit Ecclesiam  
 suam; & portæ inferi non præualebunt ad-  
 uersus eam.

\* vel, habet  
 MSS. apogra-  
 phum.

\* Ex Rom. edi-  
 tione insertū.  
 In MS. enim  
 deest hoc inci-  
 sum.

\* Etiam hoc  
 incisum ex  
 ed. Rom. red-  
 ditum suo loco.  
 Matth. 16.

Post

Post hæc misit ad diuersos Epistolas idem anathe-  
ma, & causas eius manifestantes, ex quibus has duas in-  
terponere præsentī opusculo curauimus.

GREGORIVS EPISCOPVS SER- Epistola Gre-  
VVS SERVORVM DEI, OMNIBVS, QVI gorij de abdi-  
cupiunt annumerari inter oues, quas Christus B. Pe- catione & ex-  
tro commisit, salutem & Apostolicam communica-  
benedictionem. tione Henrici  
Regis.

**V** D I S T I S, fratres charissimi, nouam Lsb. 3. Epist. 9.  
& inauditam præsumptionem, audi- Exstat hac  
stis sceleratam schismaticorum, & nomen Do- Epist. etiam  
mini in B. Petro blasphemantium garrulita- apud Brunonē  
tem, & audaciam: audistis superbiam ad in- de Bello Saxo-  
iuriam, & contumeliam sanctæ, & Apostoli- nico fol. 123.  
cæ sedis elatam, qualem vestri Patres nec vi-  
derunt, nec audierunt unquam, nec scriptura-  
rum series aliquando à paganis, vel hæreticis  
docet emersam: cuius mali, etsi aliquod un-  
quam post fundatam & propagatam fidem  
Christi præcessisset exemplum, omnibus tamen  
fidelibus pro tanto contemptu, & conculcatio-  
ne Apostolicæ, imò diuinæ auctoritatis dolen-  
dum foret, & gemendum.

Quapropter si beato Petro clauēs regni cæ-  
lorum à Domino DEO nostro IESU Christo

M 2 tra-

1. Cor. I.

traditas esse creditis, & vobis per manus ipsius  
 ad aeterna vite gaudia introitum patere cupi-  
 tis; cogitandum vobis est, quantum nunc de  
 irrogata sibi iniuria dolere debeatis. Nisi enim  
 hic, ubi per discrimina tentationum vestra fi-  
 des, & corda probantur, socij passionum effi-  
 ciamini, proculdubio non estis digni, ut parti-  
 cipes futurae consolationis, & filij regni cele-  
 stem coronam, & gloriam sortiimini. Roga-  
 mus igitur charitatem vestram, ut instanter  
 diuinam misericordiam implorare studeatis:  
 quatenus aut corda impiorum ad pœnitenti-  
 am vertat, aut reprimendo eorum nefanda  
 consilia, quàm insipientes, & stulti sint, qui pe-  
 tram à Christo fundatam euertere, & diuina  
 priuilegia violare conantur, ostendat. Quali-  
 ter autem, aut pro quibus causis B. Petrus a-  
 nathematis vinculo Regem alligauerit,  
 in chartula, quæ huic inclusa est,  
 plenè potestis cogno-  
 scere.



GRE-

GREGORIVS EPISCOPVS SERV-  
VVS SERVORVM DEI, OMNIBVS EPI-  
scopis, Ducibus, Comitibus, cæterisque fidelibus in  
Regno Teutonicorum Christianam fidem defen-  
dentibus, salutem, & Apostolicam  
benedictionem.

**V**DI VIMVS quosdam inter vos de Exstateriam  
apud Brunon.  
de Bello Saxo-  
nico, pag. 124. excommunicatione, quam in Regem  
fecimus, dubitare ac querere, vtrum iustè ex-  
communicatus sit, & si nostra sententia ex au-  
toritate, eâ, quâ debuit, deliberatione, progres-  
sa est. Quapropter qualiter ad excommuni-  
candum illum adducti simus, prout verius po-  
tuimus (teste conscientia nostra) oculis, & in-  
tellectibus omnium patefacere curauimus, nō Causa, ob quam  
Greg. Pontif. I  
Henricum ex-  
communica-  
uit. tam, vt singulas causas (quæ heu nimium no-  
tae sunt) quasi nostro clamore in publicum pro-  
iciamus, quàm vt eorum opinioni satisfaciamus,  
qui putant nos spiritualem gladium teme-  
rè, & magis motu animi nostri, quàm diui-  
no \* metu, & iustitiæ zelo arripuisse.

\* C.V. motu.

Cùm adhuc in Diaconatus officio positi es-  
semus, perlata ad nos de Regis actionibus sini-  
stra, & multum inhonestâ famâ, propter spem,  
ac desiderium correctionis suæ, saepe eum per lit-

M 3 teras,

teras, & nuncios suos admonuimus, ut à pra-  
 uitate sua desisteret, & memor clarissimi gene-  
 ris, ac dignitatis suae, vitam moribus, quibus  
 Regem, & futurum (DEO donante) deceret  
 Imperatorem, institueret. Postquam verò ad  
 Pontificatus apicem, licet indigni, venimus,  
 cum illius etas pariter cresceret & iniquitas;  
 intelligentes DEVM omnipotentem districtius  
 de manu nostra animam illius requisiturum;  
 quanto nobis ad increpandum illum praecete-  
 ris libertas data fuisset, & auctoritas, multo  
 sollicitius eum modis omnibus, arguendo, obse-  
 crando, increpando, ad emendationem vita  
 suae hortati sumus. Qui cum saepe nobis deu-  
 tas salutationes, & literas mitteret, excusans  
 se, cum ex etate, quod fluxa esset & fragilis, tum  
 quod ab his, in quorum manibus Curia erat,  
 multoties male sibi suatum atq; consultum sit,  
 monita nostra de die in diem se promptissime sus-  
 cepturum verbis quidem promisit, ceterum re-  
 & exaggeratione culpam penitus cõculcauit.  
 Inter haec quosdam familiares suos, quorum  
 consiliis, & machinationibus Episcopatus, &  
 multa monasteria, inductus per precium, lupis  
 pro

Gregorius etiã  
 ante Pontifi-  
 catum Regem  
 Henricum de  
 suis sceleribus  
 & flagitiis ad-  
 monuit.

Henricus saepe  
 monitus Verba  
 dedit Pontifici.

pro pastoribus Simoniaca heresi sceleratam, ad penitentiam vocauimus, quatenus & bona Ecclesiarum, qua per interuentum tam scelerati commercij sacrilega manu susceperant, venerabilibus locis, ad qua pertinerent, dum adhuc locus esset emendandi, redderent, & ipsi pro perpetrata iniquitate per lamenta penitentis DEO satisfacerent. Quos, dum ad haec exequenda datas inducias spernere, & in consuetam nequitiam pertinaciter stare cognouimus, sicut dignum erat, sacrilegos & ministros, ac membra Diaboli a communione, & corpore totius Ecclesiae separauimus, & Regem, ut eos a domo sua, a consiliis, & omni communione sua sicut excommunicatos expelleret, admonuimus.

Interim vero aggrauescente contra Regem Saxonum causa, cum vires & praesidia Regni ex maxima parte a se deficere velle videret, iterum nobis direxit Epistolam supplicem, & omni humilitate plenam, in qua omnipotenti DEO, & B. Petro ac nobis valde se culpabilem reddens, preces etiam obtulit, ut quod ex sua culpa in Ecclesiae causis contra Canonicam iustitiam, & decreta sanctorum Patrum factum  
esset,



esset, nostra Apostolica prouidentia, & aucto-  
ritate corrigere studeremus: atque in ea suam  
nobis per omnia obedientiam, consensum, &  
fidele promisit adiutorium. Hoc idem etiam  
postea, à confratribus & legatis nostris, Hum-  
berto Prænestino Episcopo, & Geraldo Osti-  
ensi Episcopo, quos ad illum misimus, ad pœni-  
tentiam susceptus, in illorum manus per san-  
ctas stolas, quas in collo tenebant, repromitten-  
do confirmauit.

Deinde, post aliquod tempus, commisso cum  
Saxonibus pralio, Rex pro victoria, quam  
adeptus est, tales DEO grates, & victimas ob-  
tulit, ut vota, quæ de emendatione sua fecerat,  
continuò frangeret, & nihil eorum, quæ pro-  
miserat, attendens, excommunicatos in suam  
familiaritatem, & communionem reciperet,  
& Ecclesias in eam, quam consueuerat, confu-  
sionem traheret. Qua de re graui dolore per-  
cussus, quanquam post contempta caelestis regis  
beneficia, penè omnis spes correctionis eius no-  
bis ablata sit: adhuc tamen animum eius ten-  
tandū fore decreuimus, magis cupientes, eum  
Apostolica mansuetudine audire, quàm expe-  
riri

riri seueritatem. Itaque misimus ei epistolas  
 commonitorias, ut meminerit, quid, & cui  
 promiserit, ne credat se posse fallere DEVM, cu-  
 ius quanto prolixior est patientia, tanto seue-  
 rior est, cum iudicare cœperit, ira: neu inho-  
 noret DEVM honorantem se, nec potentiam  
 suam ad DEI contemptum, & Apostolicam  
 tentet extendere contumeliam, sciens, quod su-  
 perbis DEVS resistit, humilibus autem dat <sup>1. Pet. 5.</sup>  
 gratiam.

Præterea misimus ad eum tres religiosos  
 viros, suos utique fideles, per quos eum secretò  
 monuimus, ut pœnitentiam ageret de sceleri-  
 bus suis: quæ quidem horrenda dictu sunt, plu-  
 ribus autem nota, & in multis partibus di-  
 uulgata, propter quæ eum excommunicari nõ  
 solum vsque ad dignam satisfactionem, sed ab  
 omni honore Regni absque spe recuperationis  
 debere destitui, diuinarum, & humanarum le-  
 gum testatur auctoritas.

Postremò, nisi excommunicatos à sua par-  
 ticipatione diuideret, nos nihil aliud de eo iu-  
 dicare, aut discernere posse, nisi ut separatus ab  
 Ecclesia in excommunicatorum consortio fo-

N ret,

ret, cum quibus potius, quàm cum Christo partem habere elegit. Sanè, si nostra monita suscipere, & vitam suam corrigere vellet, DEVM testem inuocauimus, & inuocamus, quantum nos de eius salute, & honore gauderemus, & cum quanta charitate eum in gremium sanctæ Ecclesiæ amplecteremur, utpote eum, qui Princeps populi constitutus, & amplissimi Regni gubernacula tenens, Catholicæ pacis, & iustitiæ defensor esse deberet. Verùm, quãti ipse aut scripta, aut per legatos missa nostra verba fecerit, eius facta declarant. Qui indignè ferens, se à quoquam reprehendi, aut corripì, non solum à perpetratis ad emendationem reuocari non potuit, sed ampliori conscientia sua furore arreptus, non prius cessauit, donec Episcopos panè omnes in Italia, in Teutonicis verò partibus quotquot potuit, circa fidem Christi naufragare fecit: dum eos debitam B. Petro, & Apostolica Sedi obedientiam, & honorem in Domino nostro IESU Christo concessum, abnegare subegit.

Quum igitur iniquitatem eius ad summũ prodisse vidimus, pro his causis, videlicet primũ,

mum, quòd ab eorum communione, qui pro sacrilegio, & reatu Simoniaca heresis excommunicati sunt, se abstinere noluit: Deinde, quòd pro criminosis actibus vitæ suæ, pœnitentiam non dico suscipere, sed nec promittere quasi voluit, mentita ea fide, quam in manus legatorum nostrorum promiserat; nec non, quòd corpus Christi, id est, unitatem sanctæ Ecclesiæ scindere non expauit: Pro his, inquam, culpis synodali iudicio eum excommunicauimus, ut quem mites non potuimus, vel seueri ad viam salutis (DEO adiuuante) reuocare valeamus: aut, si, quòd absit, nec districtiōnis quasi censuram pertimuerit, nostra saltem anima negligentia, aut timoris discrimini non succumbat.

Si quis igitur hanc sententiam iniuste, vel irrationabiliter prolatam esse putauerit, si talis est, ut sacris regulis intelligentiæ sensum præbere non velit, nobiscum inde agat, & non quid nos, sed diuina auctoritas doceat, quid decernat, quid consona vox sanctorum Patrum iudicet, patienter audiens acquiescat. Nos tamen, non aestimamus

N 2      quere-

quonquam fidelium, qui Ecclesiastica statuta nouerit, hoc errore teneri, ut non hoc, (et si publicè affirmare non audeat) vel in corde suo rectè factum esse perhibeat. Quamquam et si nos (quod DEVS auertat) non satis graui de causa, aut minus ordinate, eum huiusmodi vinculo ligauerimus, sicut sancti Patres asserunt, non idcirco spernenda esset sententia, sed absolutio cum omni humilitate querenda.

Vos autem dilectissimi, qui iustitiam DEI non pro regia indignatione, non pro aliquo periculo deserere voluistis, fatuitatem eorum, qui de execratione, & mendacio in consummatione parui pendentes, viriliter stete, & confortamini in Domino, scientes, quòd illius partem defenditis, qui insuperabilis Rex, & magnificus triumphator iudicaturus est viuos, & mortuos, reddens unicuique secundum opus suum. De cuius multimoda retributione, & vos certi esse poteritis, si vsq; in finem fideles, & inconcussi in eius veritate perstiteritis. Propter quod & nos incessanter pro vobis rogamus Dominum, ut det vobis virtutem corroborari per Spiritum sanctum in nomine eius, &

Et conuertat cor Regis ad pœnitentiam: ut Et ipse aliquando cognoscat, nos Et vos multò verius amare eum, quàm qui nunc suis iniquitatibus obsequuntur Et fauent. Qui si, DEO inspirante, voluerit resipiscere, quidquid contra nos moliatur, semper tamen nos ad recipiendum eum in sanctam communionem, prout vestra charitas nobis consuluerit, paratos inueniet.

Igitur post excommunicationem, & depositionem Regis, Domini præeunte gratia, multi nobiles & mediocres ad DEVM toto corde conuersi præfatum Regem reliquerunt. Ipsi etiam, qui prius partim regalibus blanditiis, partim terroribus, & minis contra Apostolicam sedem coniurauerant, conuersi postmodum digno in Regem anathemati conscripserunt, mittentes supplices ad Apostolicam Sedem nuncios, <sup>a</sup> epithemium pœnitentiæ postulantes. Quibus misericordiæ discipulus non querens saturari pœnis reorum, gremium sanctæ Ecclesiæ aperuit, & ut in fide Domini solidarentur, consolatorias eis literas misit. Nonnulli verò Episcoporum gementes tantum facinus, ad Apostolicam Sedem discalceatis pedibus venerunt, tam diu inibi perdurantes, quo vsque Dominus Papa misericordiæ manum, & pietatis viscera eis compatiens aperiret.

Interea Dominus magnum miraculum in Regis & omnium oculis fecit: quo cognito, multi eum reliquerunt. Nam post excommunicationis diem, Paschalis diei solennitate cum regio apparatu, & comitatu pom-

*Multi Regem deserunt.*

*a Epithemium, penam seu pœnitentiam.*

*Obserua pœnitentiam quorundam Episcoporum.*

*Grande miraculum.*

*a Est hic Wil-  
helmus Episc.  
Traiectensis, de  
quo etiam Bruno  
de bello Sax.  
Lamb. in Chrō.  
Langus in  
Chronico Citi-  
zensi. Et alij  
tamen si in no-  
nullis variant.*

paticæ multitudinis ad Ecclesiam diuinitus sibi clau-  
sam venire nequaquam abhorruit. Iussu itaque Regis  
quidam Episcopus, si fas est, imò hæreticus & Simonia-  
cus ad Missæ se præparauit officium. Tandem perlecto  
Euangelio, ex more facturus popularem sermonem<sup>a</sup>  
Pontifex idem pulpitem conscendit. Parum autem  
de tractatu locutus Euangelico, statim se ad blasphe-  
miam Papæ Gregorij cæco corde, menteque vesana  
prorupit, quæ pro nimio sui horrore silentio præterire  
complacuit. Difficile est enim vt, benè sibi conscientium  
probitatem, obtristantium lingua non mordeat;  
&, iniquorum euadat opprobria, cui est amica iustitia.

Veruntamen eadem blasphemia, qualis in oculis  
Domini fuerit, continuò sequens ultio, si perpendatur,  
innotescit. Nam Paschalis diei gaudio nondum finito,  
subito cælum fragore intonuit, in quo ignis descende-  
re cælitus visus est; qui, omnem illam Ecclesiam, om-  
nesq; domos regali receptui præparatas, repente con-  
sumpsit, & lætitiã profanorum in mœrorem commu-  
tauit. Episcopum verò illum blasphemum subito per-  
cussum diuina ultio interemit. Sed antequam vitam  
penitus exhalaret, ministros suo exitio præparatos, qua-  
les essent, compulsus est dicere. *Video me, inquit, igneis  
loris astrictum tetrīs trahentibus imaginibus ex hac vita cō-  
uelli: sed tamen ite, & dicite Regi, vt flagitium, quod in D E  
V M, & B. Petrum, eiusq; Vicarium commisit, emendet; ne me  
præeuntem ad inferi loca sequatur; Et hæc dicens, exspira-  
uit. Hoc exemplo commoniti, hortamur, obsecramus  
omnem hominem, qui hæc scripta legerit, vt declinet  
detrahentium linguas, si mauult consortium habere  
cum Gregorio in resurrectione vitæ, quàm cum detra-  
hentibus supplicium subire.*

*Interitus Wil-  
helmi Traiect.*

*Monita ad Re-  
gem.*

Nunc

Nunc hîc ad memoriam redit non minus terribilis damnatio Spirensis Episcopi, qui eâdem die, id est VI. Kal. Martij, imò eâdem hora, subitò, quasi quodam invisibili telo percussus, apud Spiram infirmari cœpit, qua hora & causam eius in Romana Synodo noster Gregorius Papa ventilare incepit. Idem quoque tertia die, id est IV. Kalend. Martij miserabiliter exspiravit, non imparem expertus efficaciam illius sententiæ, qua Petrus Apostolus Ananiam, & Sapphiram damnavit.

*Interitus Episcopi Spirensis. ad quem est Epist. 18. lib. 6. Regesti Greg. Vocabatur Huz. manus, & patet ex Chronico Bertoldi. Auentinus lib. 5. Vocat Hermannum.*

Cùm igitur prædicti Regis conuersionem iam diu, & frustra Principes expectarent, & statum regni periculosius in dies disturbandum, imò sine capite iam penitus destituendum viderent, tandem zelo DEI armati cum legatis Apostolicæ Sedis conuenerunt; & eundem, vt eorum consilio acquiesceret, & respiceret, satis fideliter rogauerunt: alioquin se non vltius communicare, vel obedire protestati sunt. Hac ille necessitate, simulatè quidem, vt postmodum apparuit, se per omnia & consiliis Principum, & præceptis Apostolici Domini obediturum promisit. Erat autem eorum consilium, vt Dominus Apostolicus ad generale colloquium Augustam in Purificatione S. M. A. R. I. Æ tunc proxima veniret: quatenus ibidem caussa eius in audientia totius regni legitimè determinari posset. Ipsi quoque Principes, missa legatione, Dominum Papam ad prædictum diem venire suppliciter rogauerunt; ad quod iter agendum, illum promptissimum, vt subscriptæ eius literæ testantur, inuenerunt. Rex autem contra promissionem suam, contra consilium Principum, hoc ab Apostolico per legatos suos voluit extorquere, ne Augustam veniret, sed, vt cum

*Monetur Rex à principibus. Si se Pontifici obsequentem præbeat.*

*Pollicetur e-mendationem; sed simulatè.*

*Rogatur Pontifex, ut Augustam in Germaniam se conferat.*

*Annuit Pontifex petitioni Principum.*

*Obstistit Rex.*

ad



*Quo consilio.*

ad se Romam venire permetteret; ea utique intentione, ut tanto facilius Papam fallere posset, quanto pauciores regni Principes, iam sæpius astutias eius perpessi, discutiendæ eius causæ interessent. Unde & Papa votis eius non annuit, sed, ut Principes rogauerant, ad cōdictum diem venire disposuit, & subsequentes Epistolas Principibus Regni, pro disponendo itinere suo transmisit.

*Papa manet in sententia.*

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, ARCHIEPISCO-  
pis, Episcopis, Ducibus, Comitibus, nec non maiori-  
bus, atque minoribus in regno Teutonicorum  
constitutis salutem, & Apostolicam  
benedictionem.

**N**os indigni, & inutiles Principis Apo-  
stolorum serui, statuimus ad vos, divi-  
na auxiliante clementia, venire, & postponen-  
tes penè omnium fidelium nostrorum auxilia  
profectionem nostram maturare, ut VI. Idus  
Januarij velimus Mantuæ esse, ea quidem  
valde & desiderio, ut fiducia probata spei ve-  
stræ quaq; aspera, & si necesse fuerit, ipsam san-  
guinis effusionem pro libertate sanctæ Ecclesiæ  
& salute Imperij, pura & sincera intentione  
subire non dubitemus. Vestri igitur studij sit,  
eos de susceptione & seruitio nostro preponere,  
quos

*\*Valida spe.*

quos prouidentia uestra id posse, & nobis debere cognouerit; sit ita studij uestri per partes uestras pacem firmare, ut intentionis nostra propositum nihil, \* quod possit impedire. Quot <sup>\* Videtur hae</sup> & quantas colluctationes cum nunciis Regis <sup>oculis delem-</sup> habuerimus, & quibus rationibus dictis eius obuiauerimus, quidquid his literis deesse uideatur, latores earum plenius indicabunt, quibus sicut de his, quae per eos B. Petro & nobis promissis, indubitanter credimus; ita uos de his, quae ex nostra uobis parte dixerint, credere uolumus.

GREGORIVS SERVVS SERVORVM DEI, OMNIBVS ARCHIEPISCOPIS, & EPISCOPIS, ABBATIBUS, DUCIBUS, MARCHIONIBUS, OMNIBUSQUE CHRISTIANAM, & B. PETRI FIDEM, & DOCTRINAM DEFENDENTIBUS, & OBSERVANTIBUS SALUTEM, & BEATORUM APOSTOLORUM PETRI & PAULI BENEDICTIONEM, OMNIUM PECCATORUM ABSOLUTIONEM.

**E**go qualiscunq; Sacerdos Apostolorum Principis seruus, contra uoluntatem, & consilium Romanorum confidens de misericordia omnipotentis DEI, & de uestra fide Catholica, uenio ad uos paratus propter honorem

O norem

honorem & salutem animarum uestrarum, mortem subire, sicut pro nobis animam suam posuit. in hoc enim positi sumus, ut per multas tribulationes tendamus & perueniamus ad Regnum DEI. Vos autem fratres mei charissimi & desideratissimi summopere curate, ut possim, DEO adiuuante, adire, vobisq; in omnibus prodesse. Benedicat vos ex cuius gratia mihi dictum est ad corpus beati Petri, in die ordinationis mea: quodcunq; benedixeris benedictum erit, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in caelis, &c.

*Rex clam petiit  
Italiam.*

*Rex Canusij  
Pontificē adit.  
Lege Bar.  
M. LXXVII.  
Penitentis ha-  
bitus.  
Comploratio  
spectatorum.*

Interea Rex propriae causae diffidens, & idcirco audientiam totius regni subterfugiens, furtiue Italiā cum excommunicatis contra praecipuum Papae, & consilia Principum intrauit, & Apostolico ad praedictum diem Augustam tendenti, ante Purificationem S. MARIAE apud Canusium obuiauit, ibique ante portam castris per triduum, deposito omni regio cultu, miserabiliter, utpote *discalceatus*, & laneis vestibus indutus persistens, non prius cum multo fletu Apostolicę miserationis auxilium, & consolationem implorare statuit, quā omnes, qui aderant, & ad quos ille rumor peruenit, ad tantam pietatem, & compassionis misericordiam mouit, ut pro eo multis precibus, & lacrymis intercedentes, omnes quidem insolitam Domini Papae duritiam mirarentur; nonnulli verò in eo, non Apostolicę seueri-  
ratis

tatis grauitatem, sed quasi tyrannicæ seueritatis crudelitate esse clamarent: denique instantia compunctionis eius, & tanta omnium, qui ibi aderant, supplicatione, Papa deuictus, tandem eum, relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam, & sinum sanctæ matris Ecclesiæ recepit: acceptis ab eo securitatibus, quarum etiam confirmationem per manus<sup>a</sup> Abbatis Cluniacensis, & nobilium Comitissarū Mathildis, & <sup>b</sup> Adalæ, & aliorum Principum, Episcoporum, & Laicorū, qui sibi ad hæc vtilis visi sunt, in hunc modum suscipit.

Ego Henricus Rex de murmuratione, & dissensione, quam nunc habent contra me Archiepiscopi, Episcopi, Duces, & Comites, ceterique Principes Regni Teutonicorum, & alij, qui eos in eadem dissensionis causa sequuntur, infra terminum, quem Dominus Papa constituerit, aut iustitiam secundum iudiciū eius, aut concordiam secundum consilium eius faciam, nisi certum impedimentum mihi, vel sibi obstiterit: quo transacto, ad idem peragendum paratus ero. Item, si idem Dominus Papa Gregorius ultra montes, vel alias partes terrarū ire voluerit, securus erit ex mea parte, & eorū, quos constringere potero, ab omni lesione vitæ, & membrorum eius, seu captione tam ipse, quàm qui in eius conductu, siue comitatu

O 2 fue-

<sup>a</sup> Hugonis.  
<sup>b</sup> Adalheida,  
 qua fuit Ducissa  
 & Marchionissa  
 Alperum Cottarum  
 ad quā exstat  
 longa Epist.  
 Damiani li. 7.  
 Epist. 16. de  
 qua Bertoldus  
 in Chronico,  
 Anno M. XCI.  
 Adalheida  
 Taurinensis  
 Comitissa  
 XIV. Kal. Ian.  
 obiit.  
 Insurandum  
 Henrico Regi.

\* post Verbum, fuerint, sub-  
duntur in im-  
pressa ista: seu  
qui ab illo  
mittuntur, vel  
ad eum, de  
quibuscunque  
terrarum par-  
tibus vene-  
rint, in eundo,  
Etc.

fuerint \* in eundo, siue ibi morando, seu inde  
redeundo, neq, aliud aliquod impedimentum  
habebit ex meo consensu, quod contra honorem  
suum sit, & si quis ei fecerit, cum bona fide se-  
cundum posse meum, illum adiuuabo.

Rex postquam communionem recepta, sed quæstio-  
ne regni dilata, solutus ab Apostolico discessit, parum  
attendens quid ei in recõciliatione sua iuramento pro-  
miserit, ad solitam nequitiam redire, & Simoniacorum  
suorum consiliis contra Papam assentire non expauit.  
Omnes enim Simoniaci, eorumque socij, quorum ty-  
rannidi ipse sanctam matrem Ecclesiam subiugauerat,  
quorum etiam factione, iam pridem Apostolicam Se-  
dem deautorizare tentauerat: ipsi, inquam, omnes ad  
eum reconciliatum recurrentes, non terrorem, sed au-  
daciam ab eo, pro perpetrata iniquitate acceperunt;  
quin etiam in damnatione Apostolici apud eum con-  
iurandi locum inuenerunt. Ipse verò, eiusque compli-  
ces, communionem utcunque idcirco festinauerant  
recipere; quia, iuxta legem Teutonicorum, se prædijs,  
& beneficiis priuandos esse non dubitabant, si sub ex-  
communicatione integrum annum permanerent, cu-  
ius adhuc vnus mensis superfuit, dum ad reconcilia-  
tionem redirent. Communionem itaque non ut se corri-  
gerent, repetebant, sed, ut plurimos iam dudum ab illis  
anathemate separatos sibi refociarent; sicque tanto  
audacius, tanto crudelius, quanto cum pluribus solita  
tyrannide sanctam Ecclesiam opprimere possent. Nam,  
statim post reconciliationem, ut prædictum est, ad pri-  
stinum volutabrum redire, sed & Simoniacis, utpote  
sui

Cur Henricus  
& affecta ab-  
solutorem ab  
excommuni-  
catione matu-  
ravit.  
NB. hanc le-  
gem Germa-  
norum.

sui similibus contra Apostolicam Sedem assentire non dubitarunt.

Non multò post tamen Rex ab Apostolico Regni iam concessionem callidè, vt communionem, elicere volebat. Missa enim legatione, humiliter ei supplicabat vt vel eum semel apud S. Ioannem in<sup>a</sup> Moytia per Episcopos Papiensem, & Mediolanensem, more priorum Regum, coronari permitteret: vel, si hoc nollet fieri per huiusmodi Episcopos, vt pòte excommunicatos, saltem hoc priuilegium Apostolica auctoritate cui libet Episcopo concederet exequendum. Ob hoc maxime appetens coronari, vt cum communionem etiam Regnum à Romano Pontifice videretur recepisse.

*a fort. Modoc-  
tia.*

*Henricus corona-  
ri cupit; &  
quo consilio.*

Sed Papa calliditatem eius iam satis expertus, nullo modo votis eius voluit acquiescere: diligenter secum ipse reputans, se quidem eum pro multis criminibus, & maxime pro inobedientia, & contumacia Apostolicæ sedi irrogata à regno deposuisse; omnesque ei iuratos ab eius dominio liberos reddidisse: & ob hoc, nullatenus eum, sicut nec alium, in Regem Principibus, vt pòte liberis hominibus, superponi debere, absque eorum electione. Nam & à toto Regno de tot, ac tantis iniuriis, ac perfidiis erat<sup>b</sup> inculpatus, vt de his eum necesse esset primitus expurgari, si tamen hoc aliquatenus posset fieri, & sic demum cum consensu totius Regni legitime coronari.

*Gregorius te-  
chnas Henricò  
notat.*

*b id est, accu-  
satus.*

Rex igitur ea vice quoque, simulatâ obedientiâ apud<sup>c</sup> Moytiam regalia insignia non vsurpauit: quæ tamen non multo pòst contra bannum Domini Papæ resumere, & interdicta Regni gubernacula vsurpare non timuit.

*c Modocianam.*

Interim transibat terminus, quem Rex coram lega-

*Henricus ob-  
stat, ne Grego-  
rius in Germa-  
niam veniat.*

*Et hoc adcirco,  
quia causa  
sua diffidebat.*

*Principes Vl-  
ma cōtra Hen-  
ricum conue-  
niunt.*

*Inducitur con-  
ventus Forchei-  
mensis.*

*Rogat Papa, ut  
noui Regis ele-  
ctio differatur.*

tis Apostolicæ Sedis cum Principibus regni ad Augu-  
stam in Purificatione S. M A R I Æ condixerat, ad quem  
iam Papa venire conceperat: & iam illuc peruenisset, si  
non idem Rex contra commune decretum omnium  
ingressus Italiam, conducturos Apostolicum à condu-  
ctu deterruisset: terminus, inquam, vbi coram Apo-  
stolico in audientia totius Regni canonicè de criminibus  
illatis expurgari, si inculpabilis esset, expurgatus legiti-  
mè in Regnum, cum consensu omnium, restitui posset,  
ad quem ipse venire contempsit, imò suæ causæ diffi-  
sus, non præsumpsit, & Papam, ne vel illuc veniret, frau-  
dulenter in Longobardia præoccupavit.

Cùm igitur Principes Regni terminum generali  
decreto statutum Regem subterfugisse, & se etiam hac  
vice, solitâ eius perfidiâ, delusos esse animaduertissent;  
cumque eius versutiam nec in ipsa reconciliatione, vel  
postea cessasse, certissima relatione didicissent, mox in  
Suevia apud Vlmam, conuentu factò, deliberauerunt;  
ne, se deinceps ab illo ludificari, vel potius pristina eius  
calliditate periclitari permetterent; sed suæ saluti, in  
legitimi Principis electione prouiderent. In eodem au-  
tem conuentu apud Vlmam generalius colloquium ad  
Foreheim IV. Idus Martij ad noui Regis electionem  
condixerunt: ad quod etiam Domini Apostolici con-  
siliium, & auxilium sibi venire, missa legatione, postula-  
uerunt. Quo audito, Papa ad id colloquium legatos di-  
rexit, qui Principes rogarent, ut dispositionem regni vs-  
que in aduentum eius differrent, si hoc sine periculo  
fieri posse sperarent. Noluit sanè eis hoc ex definito  
præcipere, ne, sibi iure imputari posset, si quod pericu-  
lum status regni ex illa dilatione incurrisset.

Alte-

Alterâ autem die, post dimissionem legatorum, Manegoldus Comes, magnus amator veritatis, aduenit; cuius relatione Papa de nouo Rege constituendo certior factus, alium legatum, Gregorium scilicet Romanæ Ecclesiæ Diaconum, ad Principes Regni destinavit: qui, eos Apostolica auctoritate aduentum eius prætolari compelleret: eo tamen primitus explorato, si Rex, qui adhuc in Longobardia morabatur, ab eodem Legato conuentus, securitatem facere veller, vt Domino Papæ transitum ad Teutonicas partes, pro ipsius causa determinanda, concederet. Quod si Rex nollet concedere, præcepit Papa, vt Legatus ad se rediret, nec Principes cum aliqua dilatione à prouidenda regni necessitate suspenderet.

*a Manegoldo  
Comite.*

*Mittitur alius  
legatus ad  
Germania  
Principes.*

Item eidem Legato præfatam legationem imponens Papa dixit inter alia; se quasi pro indicio huiusmodi securitatem exegisse, cuius, inquam, securitatis exhibitio, illum in regnum restitui posse, præfagiret: sicuti, eiusdem securitatis denegatio, hoc cum non posse, ex diuino indicio denotaret.

*Cur Greg. ab  
Henrico securi-  
tum transitum  
in Germania  
postulauerit.*

Inter hæc verba Papæ tres digiti eius dextræ vsque ad medium repente sanguinei apparuere; quos sanguine ex naribus profluente maculatos existimans, detergere cœpit: sed eos sanguineis notis nullatenus emaculare potuit, hinc ipse, & reliqui sapientes, qui hoc miraculum conspexerunt, aliquid magni per hæc signa portendi non dubitarunt.

*Miraculum in  
Gregorij digi-  
tis.*

Erant autem ibi tunc præsentibus prænominatus Comes Manegoldus, & venerabilis presbyter Erkinbertus, cum aliis quàm pluribus in opido Canusij in capite Ieiunij, quod eo anno contigit in Kal. Martij.

Per-



Percepta igitur legatione, statim legatus ad Regem properavit, cum prædicto Comite: sed Rex securitatem, quam Papa postulabat, facere contempsit. Vnde & ille Legatus ad Apostolicum redire non tardavit. At Comes ad proximum Foreheimense colloquium venire acceleravit: quò & priores Legati iam peruenerant: qui vna tantum die, priusquam præfatus Comes, ab Apostolico missi fuerant. Hi autem erant Legati; Bernhardus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Diaconus: Item alter Bernhardus Abbas religiosus de Massilia ferè sexcentorum monachorum pater: qui etiam secum duxit egregium Doctorem quendam nomine <sup>a</sup> Christianum, postmodum *Auersana* ciuitatis Episcopum, cuius opus extat eximium contra Turonensem Berengarium.

<sup>a</sup> Ita habet apographum Et *Auentinus* lib. 5. Est autè iste *Guitmundus Auersanus Archiepiscopus* cuius extant tres libri de *Eucharistia*.

*Digressio de Comite Manegoldo huius nominis secundo, cuius vxor Gutta.*

<sup>b</sup> Vide genealogiam S. *Vdalrici*, quam ad calcem *Vita* eius, adiecit amplius *Dominus Marcus Velferus*.

Fuit Frater *Hermanni* *Cötrali*.

Duos habuit filios, quorum alter *Mangoldus III*.

<sup>c</sup> Lacuna est in *MSS.* apographo. *Sideratur* desiderari *Sex*, diem.

Non indignum videtur hoc in loco paulisper orationis cursum retentare, & quam fidelem Apostolicæ institutionis sectatorem, & propagatorem in Comite Manegoldo non semel commemorato, Gregorius noster habuerit, declarare. Hic enim ex generosa, & religiosa beati *Odalrici Augustensis Episcopi* <sup>b</sup> genealogia procreatus, & à sapientissimo fratre suo, *Herimāno* videlicet *Contracto*, in omni obseruantia Christianæ religionis ad vnguem informatus, Virgo virginem sortitus est vxorem, duosque filios ex ea generatos in tanta disciplina vsque ad iuuenilem ætatem educauit, vt alterum eorum ad similem monogamiam perducens hæredem sui relinqueret; alterum, in cœlibatu occisum, imò ipsius occisionis eius <sup>c</sup> longo locorum intervallo remousus, per spiritum mirabiliter agnoscens flectet, & gauderet. Fleuit enim propter acerbiter inopinatæ mortis, & gauisus est propter impunitatem in-

con-

contaminatæ iuuentutis. Hoc autem maximè castificabat liberos, quod verax pater comminabatur eis exheredationem, si quam, præter legitimam copulam, cum mulieribus, perpetrasse detegerentur coinquinationem.

Vir igitur Christianissimus cum B. Gregorium Papam nimio affectu propter iustificationes eius diligere, eumque sæpius propter alternas morum similitudines inuiseret; quadam vice, in tantam Romæ positus infirmitatem incidit, ut, qui præsentem erant, vitam eius desperarent. Cumque tristis nuncius Domino Papæ venisset, valde condolens festinus ad eum venit, & paucillum panis in scyphum confringens, meroque perfundens, ægro pro benedictione porrexit. At ille protinus, ut gustauit, recepit non solum delectationem comedendi, sed & virtutem cum incolumitate de lecto surgendi. Qui, cum ad propria remearet, & Apostolica statuta, maximè de vitandis officiis incontinentium sacerdotum, non segniter ubique diuulgaret, & in Clericis, atque Ecclesiis ad se specialiter pertinentibus, huiusmodi abominaciones minimè toleraret, vxor cuiusdam presbyteri sub eius ditione positi, malignans propter separationem mariti, hoc familiaribus suis audientibus se minabatur effecturam, ut qualem molestiam ipsa sustineret in separatione coniugis sui, talem & Comes sustineret in disunctione coniugis suæ. Dixit, & cheu, permittente Deo, tam pessimum facinus in Dominam<sup>a</sup> peregit. Nam delectabiles cibos veneno infectos obtulit, eamque nihil mali suspicantem, simulata benignitate, decepit. Igitur Comes religiosus adhuc in robusta ætate viduatus, nullis suorum adhortationibus ad secundam copulam permoueri potuit; dicens, sibi

P                      puden-

*Mangoldus  
Salde diligit  
Greg. VII.*

*Morbus Mangoldi.*

*Sanatur à Pö-  
rifice.*

*Vxor Mangoldi  
veneno occiditur.*

*Comitissam.*

*Renuit Mangoldus Comes  
secundas nuptias intrare.*

*a forte leg. &  
quibusdam.*

*b si talis ac  
tantus vir fuit  
Cincius, Urbis  
præfectus; ma-  
le ergo tradu-  
citur, quasi  
ipse Gregorium  
VII. cepit.  
c Synodo.  
Claret mira-  
culis.*

puerum, & horrendum videri, si cum duabus vxoribus processurus esset ante tribunal Christi, die iudicij. In tantum autem profecit per deuotam obedientiam Papæ nostri Gregorij, vt ante finem suum, quem senex, & plenus dierum attigit, ad quibus modum virtutum signis effulserit, & Prophetiæ, quemadmodum in occasione filij patuit venerabiliter claruerit.

Huic beatæ recordationis Comiti non incongruè adiungitur memoria preciosæ mortis beati <sup>b</sup>Cincij Urbis Romæ præfecti, cuius & superius virtutes breuiter descripsimus. Hunc etenim propter fidem sæpe dicto, & sæpe dicendo Papæ Gregorio exhibitam, Dominus noster I E S V S Christus martyrio coronauit, eiusque sepulchrum continuò viginti miraculis in <sup>c</sup>Synodū numeratis, & probatis illustrauit. Nam cum zelum Domini haberet, & exhiberet fidem secundum sanctam Apostolicæ institutionis formam, occisus est ab apparitoribus Henricianæ persecutionis,

*M. LXXVII.*

Facto igitur conuentu apud Foreheim, præfati legati literas Apostolicas in medium protulerunt: quàm parùm Dominus Papa de promissione Regis lætatus fuerit; cum aduersarij Ecclesiæ plus audaciæ, quàm terroris ex præsentia Regis acciperent. Ad hoc, aiebant, cum petere, vt noui Regis electionem, de qua audierat, in aduentum eius differrent, si hoc sine periculo fieri posse perpenderent.

Peracta igitur legatione, Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones, Comites, maiores, atque minores debitam reuerentiã Legatis impendentes, per confessū singuli surrexerunt; & quot contumeliis, & quot periculis iam à Henrico Rege affecti essent, vel se afficiendos fore non dubitarent, legatis lamentari cœperunt;

seque

seq; totiens insidias eius inter ipsa pacis oscula vix euasisse; vt nec iuramento eius deinceps aliquam fidem exhibere possent: hoc quoq; addentes, se tamdiu cum post depositionem tolerasse, non vtique vt correctionem eius, vtpote penitus desperatam, expectarent: sed vt quibusdam occasionem calumniandi auferrent, qui fortasse ei, si non tamdiu expectaretur, correctionem interclusam fore conquererentur; totaque illa die cum huiusmodi querimoniis transactâ, nec medietatem iniuriarum sibi illatarum enumerare poterunt.

In crastinum verò iterum ad hospitia legatorum conuenientes, pro sua necessitate subleuanda, eos consuluerunt, suggerentes eis periculosissimum, & irrevocabile schisma in toto regno futurum, nisi in eodem conuentu, vt deliberauerant, in alicuius noui capituli subleuatione confœderati illud anticipare festinarent. Legati autem legationis suæ non immemores, satis compendiosè ad hæc responderunt, sibi quidem optimum videri, si Regis constitutionem, iuxta eorum legationem, in aduentum Domini Papæ sine periculo differre possent. Cæterùm prouisionem regni non tam in eorum consilio, quàm in Principum arbitrio sitam esse dixerunt, qui Rempublicam in manibus tenerent, ac totius regni damnum siue proficuum optimè prænoscent. Itaque Principes regni de aduentu Papæ incerti, sed de maxima dissensione euentura, & periculo, si differrent, certissimi, accepta licentia à legatis apud Magontinum Archiepiscopum conuenerunt, & quid eis agendum esset, singulari diligentia inuicem tractauerunt: cōsiderantes quidem, se ad nullam dilationem ab Apostolico coactos, sed,

*Perstant principes in sententia noui Regis eligendi.*

*Deliberatio de nouo Rege creando apud Archiep. Mogunt.*

hoc in eorum arbitrio positum esse; nec alicui, nisi sibi ipsis deinceps imputandum fore, si dilatio noceret.

*Notanda hic  
Pontificia au-  
toritas.  
a Henrico IV.*

Insuper se nullius subiectionis exhibendæ Henrico regi obnoxios, imò p Apostolici banni transgressionē damnandos, si aliquam subiectionem regi deinceps exhiberent. Nam Papa, priusquam eum anathematizaret, ex parte omnipotentis DEI, & sancti Petri, & sua, illi regnū interdixit, & omnes Christianos iuramento, quod sibi fecissent, vel facturi essent, absoluit: & ut nullus ei, ut regi seruiret, interdixit: qui postea ab eo communionem tantū, non regnum, falsa correctionis promissione, recuperavit.

*Rudolphus  
Dux Suevia  
creatur Rex.*

*Laus Rudol-  
phi.*

Hoc igitur Principes regni diligentissimè perscrutati, se quidem à Regis Henrici potestate penitus, ut prædictum est, emancipatos, nec se illi plus, quàm illum illis alicuius fidelitatis, vel subiectionis obnoxios, ut liberi homines, Rudolphum Ducem Sueuorum frustra multum renitentem, frustraque vel vnius horæ inducias ad consulendum petentem, regia dignitate sublimauerunt virum sanè in humilitate præcipuum, regio honori etate & moribus idoneum; eique se debito fidelitatis Sacramento subdiderunt. qui utiq; regnum nō ut proprium, sed pro dispositione sibi creditum reputans, omne hæreditarium ius in eo repudiavit, & vel filio suo se hoc adoptaturū fore, penitus abnegavit: iustissimè in arbitrio Principum esse decernens, ut post mortem eius liberè, nō magis filium eius, quàm alium eligerent, nisi quem ad culminis ætate & morum grauitate dignum inuenissent.

*Lege Bertoldū  
in Chron. M.  
LXXVII.*

Hunc igitur Rudolphum tam legitimè electum Archiepiscopi Moguntinus, & Magdeburgensis cum eorū suffraganeis, legatis Sedis Apostolicæ præsentibus, & regni

regni Principibus, regali inunctione consecrarunt. Electus est autem ab Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Comitibus, maioribus, atq; minorib. in cōuentu apud Forcheim anno Dominicæ incarnationis M. LXXVII. anno IV. venerabilis Papæ Gregorij in hoc nomine septimi, indiotione XV. Idibus Martij. Postea, die duodecimo apud Mogontiam consecratus est, id est VII. Kal. April. vbi tunc medium Quadragesimæ occurrit. Die autē prædictæ electionis nix ac gelu resoluī cœperunt, quæ eo anno à festiuitate omnium Sanctorum vsque in illum diem terram Teutonicorū, & Longobardiæ occupauerat; quod quidam sapientum ita interpretati sunt; DEVM in legitimi Principis electione suam ad stipulationem mundo denotasse, per insoliti frigoris depulsionem, & per clementioris aëris reparationē: præcipuè, cum nullis huiusmodi promotio displicuerit, nisi illis tantum, qui se, sub legitimo Principe, Simoniacæ hæresi, aliisq; criminibus abrenuntiuros fore non dubitabant: qui superiori rege, nō dico permittente, sed cooperante, sanctam Ecclesiā foedare non cessauerant. Nulli sanè Clerico, Monacho, siue Laico huius Principis promotio displicuit, nisi qui seipsum sub eius auctoritate corrigendum fore timuit; nisi qui sanctam Ecclesiam, iuxta Canonicas sanctiones, instituendā fore contabuit: nisi qui, intereluso Simoniacæ hæresis mercimonio, diuitias suas attenuari non dubitauit.

Nullus autem Rudolpho Regi, eiusque Principibus periurium poterit iure obiicere, licet iam dudū deposito Regi iuramentum fidelitatis fecissent. Illud enim iuramentum tam diu obseruandū erat, quamdiu ipse regno præerat. Postquā verò omnes Christiani eo Sacramento à Papa soluti sunt, eo quidē deposito, & anathematizato, nō magis illi aliqua subiectio pro huiusmodi

*Nix diuturna  
liquefit in  
coronatione  
Rudolphi Regis.*

*Inquam partē  
hec liquefactio  
accepta fuerit.*

*Quibus displicuerit  
Electio  
Rudolphi.*

*Excusatio  
Rudolphi ob  
susceptum  
Regnum.*

iuramento debebatur, quàm cui libet Episcopo, à subditis suis obeditur, postquam ille etiam, retenta communi-  
 one, deponitur. Nemo autem, Romanorum Pontificem reges à regno deponere posse, denegabit, quicumq;  
 decreta sanctissimi Papæ Gregorij non proscribenda iudicabit. Ipse enim vir Apostolicus, cui Spiritus sanctus in aurem decernenda dictavit, in Apostolica Sede constitutus, irrefragabiliter decrevit, reges à suis dignitatibus cadere, & participatione Dominici corporis, & sanguinis carere, si præsumerent Sedis Apostolicæ iussu contemnere. Si enim caelestia, & spiritualia sedes beati Petri soluit, & iudicat, quanto magis terrena, & secularia, iuxta illud Apostoli: *Nescitis, inquit, quoniam & angelos iudicabimus, quanto magis secularia?* Sic utiq; auctoritate Stephani Papæ Hildericus Rex Francorū pro ignavia sua deponitur: eique deposito, insuper & detonso, & in monasterium misso, Pipinus in regnum surrogatur.

Præterea, liberi homines Henricum eo pacto sibi proposuerunt in regē, ut electores suos iustè iudicare, & regali providentia gubernare satageret. Quod pactum ille postea prævaricari, & contemnere non cessavit: videlicet, quoslibet innoxios tyrannica crudelitate opprimendo, & omnes, quos potuit, Christianæ religioni repugnare constringendo. Ergò & absque Sedis Apostolicæ iudicio, Principes eum pro Rege meritò refutare possent, cum pactum adimplere contempserit, quod eis pro electione sua promiserat: quo non adimpleto, nec Rex esse poterat. Nam Rex nullatenus esse potest, qui subditos suos non regere, sed in errorem mittere studuerit.

Quid plura? Nonne quilibet miles Domino suo fidelitatis iuramento subiicitur eo pacto, ut & ille sibi non deneget, quod Dominus militi debebat? Si ergò  
 Do-

*Pontifex potest deponere Reges.*

*Probatur hoc auctoritate & exemplis.*

*1. Cor. 6.*

*a Zacharia.*

*Vide lib. 1. cap.*

*1. Defens. lib. de*

*translatione*

*Imperij.*

*Quis non sit Verus Rex.*

Dominus militi debitum reddere contemnit, nunquid non liberè miles cum pro Domino deinceps recusat habere? Liberrimè, inquam. Nec quilibet huiusmodi militem infidelitatis, vel periurij meritò accusabit, cum totū adimpleuerit, quod promisit, Domino suo, inquam, tam diu militando, quàm diu ille fecit sibi, quod Dominus militi.

Igitur Rudolphus Rex in regem<sup>a</sup> subleuatus, statim Apostolico, missa legatione, de sua promotione innotuit; ei que debitum obsequium in Ecclesiasticis administrationibus promisit, multoque se promptiorem ad obediendum Sedi Apostolicæ, quàm antecessor eius exhibuit. Ipsa enim suæ consecrationis die obediens banno Domini Papæ, officiū cuiusdam Diaconi Simoniaci recipere noluit, qui ea die ad legendū in Missa ante Regem iam sacris vestibus indutus processit. Vnde Sigefridus Mogontinus Archiepiscopus amoto eo ab altaris ministerio, alium in eius locum surrogauit. Hoc autem maximam inuidiam Simoniacorum, & incontinentium altaris ministrorum regi conflauit; qui & in ipsa sui promotione banno Apostolico obediens, se officia respuere per præfati Subdiaconi repulsam monstrauit. Nullatenus enim dubitabant, se, sub tam legitimo Principe aut officium deposituros, aut concubinis, & Ecclesiis Simoniacè acquisitis abrenunciaturos.

Quapropter illius ciuitatis Clerici, eadem ipsa regis consecrationis die, post prandium conciuēs suos vino & insania furentes in Episcopum suum, & regem, & reliquos Principes concitauerunt. Quidam enim puer ex ciuitate, nescimus si ppria voluntate ductus, an ab aliquo persuasus, cuidā militi Archiepiscopi partē preciosæ vestis furtiuè voluit detruncare: q̄ statim captus est à mili-

*a sublimatus.  
Rex Rudolphus  
legationē mis-  
sit ad Pontif-  
cem.*

*Eadem Ber-  
oldus in Chro-  
nico 1077.*



*Seditio popularis Moguntia.*

*Observa Germanorum in quadragesima consuetudinē.*

*ametropolim.*

*Diffugiunt lepores.*

milite. Quo audito, Procurator ciuitatis eundem per manus acceptum, liberum abire fecit, nulla tamen seditione commota. Clerici autem, audito huiusmodi rumore, captū fuisse puerum, quem tamen iam dimissum scirent, campanas cōpulsare, ciues nutibus & probrosis adhortationibus ad seditionē excitare, vel potius compellere non timuerunt. Sed Rex iam finito prandio ad Ecclesiā de palatio descendit, & vesperas audire cōepit. Interim plebs furens sanguinē regis, & reliquorum sitiens, ipsam Ecclesiā, & palatium irrumperere nititur: sed à militibus regis cōpescitur, licet inermibus. Nam in diebus quadragesimæ cōsuetudo erat, sine armis procedere; sed & ipsa, si quæ habebant, per ciuitatē in hospitiiis dimissa, præ seditione ciuiū acquirere non poterant. Finitis autē vespers, Rex cum Archiepiscopo, & reliquis Principibus in palatium de Ecclesia regressus, cū populum furentē ab incepto nolle desistere; sed eos ipsam Quadragesimā, diem Dominicā, cōmeteriū Ecclesiæ, imò ipsam eorū<sup>a</sup> matricem Ecclesiā furibunda seditione profanare, sicq; cum multiplici sacrilegio in mortē suam, Episcoporum, suorumq; omniū nihil ab ipsis iniuriatos, conspirasse vidisset; gladio accinctus eorū insaniam cōpescere deliberauit. Sed Principes eius, eum contra regium morem procedere nō permiserunt. Ipsi autem ex præcepto eius, mutuatis vndecunq; poterant, armis; primū quidē ad supplicandum Deo Ecclesiam ingressi: deinde *Kyrie eleison* in altum concinentes per portam, quæ magis impugnabatur, exsiliunt de Ecclesia. Qui statim, licet paucissimi, maximam multitudinē hostium adeo in fugā verterunt, vt quidam eorū etiam se in Rhenum morituri præcipitarent; licet regij milites parū eos vltra cōmeteriū Ecclesiæ insequerentur.

Anno

Anno ab incarnatione Domini M. LXXVIII.  
Indictione prima, cum vterque Rex, Henricus videlicet, & Rudolphus, ab Apostolica Sede adiutorium requireret; Gregorius Papa septimo generali Synodo præsidens decreuit.

*De hac Synodo  
vide Tom. 3.  
Epist. Decr. &  
opuscula Bernaldi.*

Quonia[m] lis & perturbatio regni, in maximum sancta Ecclesia periculum, & detrimentum quotidie redundare cernitur, placet nobis elaborare pro viribus, quatenus idonei tam religione, quam etiam scientia pollentes nunciij à latere Sedis Apostolicæ ad partes illas mittantur: qui omnes religiosos, & iustitia amatores in Teutonici regni partibus commorantes, Clericalis, & Laicalis ordinis viros, & ad hoc opus idoneos conuocent, cum quibus, (Domini gratia præeunte) aut finem & pacem iuste componant, aut veritate percognita, cui parti iustitia magis faueat, ad plenum addiscere valeant, quatenus pars iniusta desistat, & Apostolica auctoritate munita, iustitia vigoris, & auctoritatis robur obtineat.

*Exstat hoc decretum Tom. 3. Decretal. Pontif. Edit. Rom. pag. 745.*

Verum, quoniam nonnullos diabolico instinctu collectos, tyrannidis suæ facibus accensos, turpis lucri auaritia mancipatos, discordiam potius, quam pacem fieri & videre de-

Q side-

siderantes, fore non ignoramus, statuimus, ut  
 nulla unquam persona alicuius potentia, siue  
 Rex aut Archiepiscopus, Episcopus, Dux,  
 Marchio, Comes, siue miles aliqua presump-  
 tione, temerarioue ausu, fraude, doloue, seu  
 aliqua perturbatione, Legatis nostris obsiste-  
 re, & contraire, ne iustitiam & finem compo-  
 nant pertentent. Quicumq; autem temera-  
 rio ausu (quod non optamus) huius nostre  
 constitutionis violator extiterit, legatisq; no-  
 stris ad hanc pacem componendam euntibus  
 pronominitis, fraudem opponere tentauerit,  
 vinculo eum anathematis alligamus, & non  
 solum in spiritu, verum etiam & in corpore,  
 & omni prosperitate huius vite, Apostolica  
 potestate innodamus, & victoriam eius in ar-  
 mis auferimus, ut sic saltem confundantur, &  
 duplici confusione, & contritione conteran-  
 tur. Actum Roma in Ecclesia Domini

Saluatoris 5. nonas Martij.

Indict. prima.



GRE-

GREGORIVS EPISCOPVS SERV-  
 VVS SERVORVM DEI, ARCHIEPISCO-  
 pis, Episcopis, Clericis, Ducibus, Marchionibus, Co-  
 mitibus, omnibusque maioribus, atque minoribus in  
 Teutonico regno constitutis, exceptis his, qui Cano-  
 nica excommunicatione tenentur, salutem, &  
 Apostolicam benedictionem.

Exat Tomo 3.  
 Decretal. edit.  
 Romana. lib 3.  
 registr. Epist.  
 15. pag. 747.

**N**OTVM vobis fieri volumus, fratres  
 charissimi, quod in ea synodo, quam nu-  
 per Roma celebrauimus, inter multa alia, quae  
 de statu sanctae Ecclesiae (DEO cooperante) per-  
 egimus, de ruina, & confusione nobilissimi re-  
 gni vestri diligenter tractantes: hoc salutiferum,  
 & opportunum pro reparatione pacis vestrae  
 fore putauimus, ut religiosi Legati Apostolicae  
 Sedis ad partes vestras dirigantur, qui Ar-  
 chiepiscopos, Episcopos, & religiosos (clericos,  
 nec non Laicos ad id idoneos, in loco, qui v-  
 triusque parti habilis, & congruus sit, conuenire  
 commoneant, ut, aut pacem (DEO auxiliante)  
 inter vos componant, aut cui parti iustitia  
 faueat, veraciter addiscant. Nam in eadem  
 Synodo definitum est, quod nos contra eam  
 partem, quae pacem fastu superbia refutauerit,  
 & cui iustitia non fauerit, omni conamine,

Q 2 om-

omnibusq<sup>ue</sup> modis potestate beati Petri insurgamus.

Et quia nonnullos de regno vestro intelleximus magis iurgium, & discordiam, quam pacem diligere: ex parte omnipotentis DEI, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli interdici-  
mus, ut nullus sit, qui aliquo ingenio, aut studio, seu violentia impediatur praedictos viros ad restaurandam regni vestri concordiam, conuenire, aut conuenientes iustum, & legalem huic discordiae finem imponere.

Ad reprimenda etiam mala ingenia, & illicitos conatus, iudicio sancti Spiritus, & auctoritate Apostolicae Sedis anathematizamus, & anathematizamus, quicumq<sup>ue</sup> siue Rex, siue Archiepiscopus, siue Episcopus, siue Dux, siue Marchio, siue alicuius dignitatis, vel ordinis persona sit, praesumpserit aliquo modo hanc salutiferam constitutionem perturbare, videlicet, qui operam dederit, ne praedictus conuentus fiat, aut concordia tanta perturbationis.

Adieci-  
mus etiam eidem anathemati, ut quicumque huius iniquitatis praesumptor fuerit,

rit,

rit, non solum in anima, sed etiam in corpore,  
 Et in omnibus rebus suis vindictam omnipo-  
 tentis DEI sentiat, Et in omni congressione  
 belli nullas vires, nullumq; in vita sua trium-  
 phum obtineat, sed duplici contritione prostra-  
 tus semper vilescat, Et confundatur: ut sic sal-  
 tem ad pœnitentiam redire addiscat.

Præsentium verò portitorem ad hoc vobis  
 dirigimus, ut unà cum venerabili fratre no-  
 stro \* Treuerensi Archiepiscopo, qui Henrico  
 fauet, Et altero, qui utilis Et religiosus ad hoc  
 sit opus, Episcopus ex parte Rodulphi, locum,  
 Et tempus prædicti conuentus statuant: qua-  
 tenus Legati nostri, quos præfati sumus, secu-  
 rius, Et certius ad vos venire, Et quæ omni-  
 potenti DEO placeant, ipso auxiliante, vobi-  
 biscum valeant perficere. Dat. Romæ VII.  
 Idus Mart. Indictione prima.

\* Vdo Treuir,  
 Archiep.

GREGORIVS EPISCOPVS SER-  
 VVS SERVORVM DEI, \* VTONI TRE-  
 uirensi Archiepiscopo salutem, & Apostoli-  
 cam benedictionem.

\* Vdoni, Rom.  
 Edit.

**Q**VANTA nobis sollicitudo, quantaq;  
 tristitia sit de perturbatione, imò de dis-  
 sidio

Q 3

sidio

sidio regni vestri, olim clarissimi, & potentissimi, in communibus literis, quas hoc in anno ad vos misimus, satis vobis declaratum esse putamus. Verum, quia res de die in diem perniciosius implicari videtur, nobis quoque cura cum nimia anxietate altius in mente figitur. Proinde quidquid nobis super hac re ad praesens melius visum est, quod nostra providentia, vel auctoritate interuenire potuisset, maturare curauimus: quod tua fraternitas literis, quibus illud singulariter scriptum est, plenius cognoscet.

Rogamus igitur, & admonemus prudentiam tuam, in qua multum confidimus, ut secundum tenorem earundem literarum, sine omni dilatione, de causa hac te intromittas, & omnibus tam minoribus, quam maioribus, quoad potes, quid à nobis deliberatum, & qualiter tibi iniunctum sit, notum facias, ut miserante DEO, & adiuantibus his, qui Dominum diligunt, tam feralis discordiae furorem, aut penitus compescere, & (quod maxime optamus) ad plenam pacem reducere possimus: aut, si illud peccatis impediuntibus, minime

nimè obuenire poterit, saltem nos, in tanto fratrum nostrorum periculo, culpam negligentia declinemus.

Notificato autem consilio, & decreto nostro, & requisitis utrinque responsionibus, ut eam certitudinem, & consensum inueniatis, ne in mittendis legatis nobis dubitandum sit, ordinatis, & confirmatis omnibus, quæ ad prosequendum hoc negotium loco, tempore, vel cæteris conuenientiis necessaria sunt: volumus, ut tu, & frater ille, qui tecum huius rei mediator esse debuerit, confestim ad nos veniatis: quatenus cognitis securitatibus, & quæ spes pacis esse debeat, legatos nostros tam sine periculo, quàm sine desperatione fructus laboris, & fatigationis eorum vobiscum mittere valeamus.

Nec durum tibi sit, frater, subire, quod imponimus: quoniam ex quo in Ecclesia locum sacerdotij, & officium suscepisti, nihil DEO dignius, aut animæ tuæ salubrius fecisti, quàm si in hac re nequitiam diabolicæ fraudis elidere, & salutem tot millium hominũ (opitulante DEO) consulere poteris: & si hoc fatigationi tuæ pro  
voto



voto non successerit: tibi tamen apud illum, certa manet retributio, apud quem non infectum reputabitur omne bonum, quod iusta, & perseveranti voluntate concipitur.

Illud tamen à dilectione tua omninò nobis exhiberi volumus, ut etiam si illum alium, quem huius rei mediatorem te habere supra diximus, socium itineris habere non possis: tu tamen ad nos venire nullatenus prætermittas. Præcipimus etiam tibi ex auctoritate beati Petri, ut cui iustitia fauet, tu omninò faueas, & hoc idem facere Clericos, & Laicos, quos poteris, ex parte nostra commoneas. Treua etiam vobis prouisa usque ad quindecim dies post conuentus solutionem illa seruetur. Volumus autem, ut apud Regem diligenter procures, quatenus legati nostri, qui in partibus illis sunt, Bernardus scilicet Diaconus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Bernardus Massiliensis Abbas, si voluerint, licenter, & securè ad nos redire valeant. Dat. Romæ VII. Id. Mart. Indictione prima.

Treua.

Numeris re-  
stituti ex edit.  
Rom. Decreta.

Anno ab incarnatione Domini M. LXXVIII.  
Pōtificatus verò Domini Gregorij septimi Papæ sexto  
deci-

decimotertio Kal. Decembris, Indictione secunda, cō-  
gregata est Synodus Romæ in Ecclesia S. Saluatoris, in  
qua iurauerunt legati Henrici, & Rudolphi, quisq; pro  
Domino suo, quod nullis dolis colloquium legato-  
rum Sedis Apostolicæ in Teutonico regno habendum  
impedirent.

*Epistolar. Gre-  
gorij VII. lib. 6.  
post Epist. 5.  
761.*

Anno ab incarnatione Domini M. LXXIX, men-  
se Februario, Indictione II. Pontificatus verò Domini  
Gregorij septimi Papæ VII. legati Regis Rudolphi su-  
per Henricum proclamauerunt, quod nulli loco, nulli-  
que personæ parens religionem transalpinam conte-  
reret, & conculcarent, neminem debitus honor, vel re-  
nerentia tueretur, & ceu vilia mancipia non modò Sa-  
cerdotes, sed etiam Episcopi, & Archiepiscopi cape-  
rentur, vinculisque manciparentur, partimq; iam tru-  
cidarentur.

*Capitula accu-  
sationis contra  
Henricum.*

Decreuerunt ergò quamplures Concilij, in illius  
tyrannidem gladium Apostolicum debere euaginari:  
sed distulit Apostolica mansuetudo, simul & illud at-  
tendens, quod Petro Albanensi, & Altmanno Battaui-  
ensi Episcopis de eodem negotio scribens inter cætera  
dicit: *Sic vos utrique parti communes, & ab omni suspicionis  
neruo, quantum in vobis est, cum diuina gratie adiutorio ex-  
hibete immunes, ut iustitia semper, & nullo modo partibus  
faueatis, sicut habetis formam nostram: qui videlicet, post-  
quam iudicium tanti huius negotij in manu B. Petri commis-  
sum est, nihil aliud testibus vobis intendimus, nisi ut per iusti-  
tia semitam incedamus. Ad nullam partem sinceritatem A-  
postolicæ discretionis infleximus, nullis promissionibus, aut  
terroribus cessimus, nec aliud unquam, DEO protegente,  
acturos nos esse confidimus.*

Porro legati Henrici Regis, qui prædictæ querelæ  
R. super

*Iuramentum  
Legatorum  
Henrici.  
a impedimen-  
tis.*

super eundem prolata præstò fuerunt, secundum hunc tenorem iurauerunt: *Legati Domini mei Henrici Regis ad vos venient infra terminum Ascensionis Domini exceptis legitimis<sup>a</sup> sonnis, id est, morte, vel graui infirmitate, vel captione absq; dolo, qui legatos Romana sedis securè ducent, & reducent, & Dominus Rex obediens illis erit in omnibus secundum iustitiam, & iudicium illorum: & hac omnia seruabit absque dolo, nisi quantum ex vestra iussione remanserit. Et hoc iuramus ex præcepto Domini nostri Regis Henrici.*

*Iuramentum  
Legatorum  
Rudolphi.*

Itidem legati Rudolphi Regis iurauerunt, quod sequitur: *Si colloquium ex præcepto vestro constitutum fuerit in partibus Teutonicis, loco & tempore à vobis definito, ante presentiam vestram, vel legatorum vestrorum Dominus noster Rex Rudolphus vel ipse veniet, vel Episcopos, & fideles suos mittet, paratusq; erit iudicium, quod sancta Romana Ecclesia decreuerit de causa regni subire, nulloq; malo ingenio cõuentum, à vobis, siue à vestris Legatis constitutum impedit: Et postquam certum inde vestrum nuncium videbit, de pace statuenda in regno, & confirmanda studebit, vt legatio vestra peruenire ad regni pacem, & concordiam possit. Hac omnia obseruabuntur, in quantum ex vestra licentia remanserit, vel ex impedimento legitimo, scilicet morte, vel graui infirmitate, vel captione, sine dolo.*

Posthæc rursus exiit edictum Apostolicæ benignitatis, quod idcirco ex abundanti ponimus, vt clarescat & sapientibus, & insipientibus principem fuisse Gregorium nostrum in illa beatitudine, de qua Dominus

*Matth. 5.*

*dicit: Beati pacifici, quoniam filij DEI  
vocabuntur.*



GRE.

GREGORIVS EPISCOPVS SERV- Exstat apud  
Brunonem de  
Bello Saxonico  
pag 147.  
\* omnibus  
Principibus.  
Bruno.  
VVS SERVORVM DEI, OMNIBVS AR-  
chiepiscopis, & Episcopis in Teutonico, atque in Saxo-  
nico regno commanentibus, \* cunctis etiam maiori-  
bus, atque minoribus, qui non sunt excommuni-  
cari, & obedire voluerunt, salutem, &  
Apostolicam benedi-  
ctionem.

**Q**UONIAM ex lite & dissensione, qua  
tam diu inter vos est, maximum in san-  
cta Ecclesia periculum, maximum undiq; in-  
ter vos detrimentum fieri \* cognoscimus: id- \* Cotidie.  
Bruno.  
circo visum est nobis, visum est & fratribus no-  
stris, in concilio congregatis, summo desiderio  
astuare, summaq; ope elaborare pro viribus,  
quatenus idonei nuncij tam religione, quam sci-  
entia pollentes, è latere Apostolica Sedis ad par-  
tes vestras mitterentur: qui religiosos Episcopos,  
Laicos etiã pacis, & iustitiæ amatores, in par-  
tibus nostris commorantes ad hoc opus idoneos  
congregarent, qui ( Domini gratiã præeunte )  
die & loco ab illis statuto, tam ipsi, quam quos  
ipsis adhuc iungere debemus, aut pacẽ compo-  
nant, aut veritate præcognita, super illos, qui  
sunt tanti dissidij causa, canonicam censuram  
exerceant.

R 2 Ve-

Verum quoniam nonnullos diabolico instinctu confectos, & iniquitatis suae facibus ignitos, cupiditate inductos, discordiam potius, quam pacem fieri, & videre desiderantes, fore non ignoramus, statuimus in hac Synodo ad eandem formam, sicut & in praeterita, ut nulla unquam persona, alicuius potentiae, dignitatis, siue magna, siue parua, siue Princeps, siue subiectus, aliqua praesumptione praesumat Legatis nostris obsistere; & postquam ad vos peruenerint, de componenda pace contraire, nec postea contra interdictum illorum alter in alterum audeat resurgere, sed usque ad diem ab illis statutum firmam pacem omnes sine ulla occasione, & fraude obseruent. Quicumque autem hac nostra statuta ulla praesumptione violare tentauerit, anathematis eum vinculo ligamus, & non solum in spiritu, verum etiam in corpore, & in omni prosperitate huius vite Apostolica auctoritate innotuimus, & victoriam in armis auferimus, ut sic saltem confundantur, & duplici contritione conterantur.

Anno

Anno ab incarnatione Domini M.LXXX. Pontificatus verò Domini Gregorij Papæ septimi anno VII. Indictione tertia celebravit ipse Papa Synodum Romæ, ubi interfuerunt Archiepiscopi, Episcopi diuersarum Urbium, nec non & Abbatum, ac diuersorum Ordinum Clericorum, & Laicorum innumerabilis multitudo. Superuenerunt autem & Legati Rudolphi Regis, & Principum regni Teutonici, & huiusmodi querimoniam protulerunt super Tyrannidem Henrici: Nos ex legatione Domini nostri Regis Rudolphi, & Principum eius conquerimur DEO, & S. Petro, vestraque paternitati, & cuncto huic sanctissimo Concilio, quod ille Henricus, quem vos Apostolica auctoritate deposuistis à regno, id ipsum regnum contra vestrum interdictum Tyrannicè inuasit, omnia circumquaque ferro, prada, incendio deuastauit: Archiepiscopos, Episcopos de Episcopatibus suis impia crudelitate expulit, & eorum Episcopatus suis fautoribus in beneficia distribuit. Per cuius etiam tyrannidem pia memoria Verinarius Magdeburgensis Archiepiscopus occisus est: Adelbertus Wormaciensis Episcopus adhuc ab eo contra Sedis Apostolica preceptum in captione cruciatur. Multa hominum millia eius factione sunt occisa; quàm plures Ecclesia, ablatiis reliquiis, incensa, ac penitus destructa. Innumerabilia quidem facinora sunt, quæ idem Henricus in Principes nostros perpetravit, eò quod sibi contra Sedis Apostolica decretum ut regi, obedire noluerunt: & colloquium, quod vos pro inquirenda iustitia, & pace componenda fieri decreuistis, ex culpa Henrici, & fautorum eius remansit. Quapropter vestram humiliter imploramus clementiam, ut nobis, imò sanctæ DEI Ecclesie, decretam sacrilego peruasori Ecclesiarum, iustitiam faciatis.

His, & talibus excitatus viri DEI spiritus, sentiens & imminere diem, quem sibi in visione B. DEI GENI-

R 3 TRIX

Exstant hæc  
Tomo 3. Decre-  
ta. Edit. Rom.  
lib. Gregoriana-  
nar. 7. post  
Epist. 14.

Querela prin-  
cipum Germa-  
nia contra  
Henricum.

Scelera Henri-  
ci.

Hac oratio B.  
Gregorij VII.  
habetur 7. To.  
Decretal. Pon-  
tif. Edit. Rom.  
lib. 7. Epist.  
Gregor. post  
Epist. 14. pag.  
808.  
Oratio Greg.  
VII. ad SS.  
Apost. Petrum  
& Paulum.

a Anno Christi  
M. XLVII. Est  
iste Gregorius  
VI.  
b Anno M.  
XLIX.  
Isa. 58.

Isa. 2.

TRIX ad proferendam damnationis sententiam in eundem aduersarium Ecclesie designauerat, & ne ultra differret, præcipiendo interminauerat, graui cum dolore, & gemitu parturiuit, & auscultante atque aspirante Concilio tandem in hæc verba prorupit.

B. Petre, princeps Apostolorum, & tu B. Paule, Doctor gentium, dignamini quæso aures vestras ad me inclinare, meq; clementer exaudire; quia veritatis estis discipuli, & amatores; adiuuate, vt veritatem vobis dicam, omni remota falsitate, quam omninò detestamini, vt fratres meo melius mihi acquiescant, & sciant, & intelligant: quia, ex vestra fiducia, post Dominum, & matrem eius semper Virginem MARIAM, prauis & iniquis resisto: vestris autem fidelibus auxilium præsto. Vos autem scitis, quia non libenter ad sacrum ordinem accessi, & inuitus ultra montes cum Domino Papa Gregorio abij: sed magis inuitus cum Domino meo Papa Leone ad vestram specialem Ecclesiam redij, in qua utcumque vobis deseruiui: deinde, valde inuitus cum magno dolore, & gemitu, & planctu in throno vestro valde indignus sum collocatus. Hæc ideo dico; quia ego non vos elegi; sed vos me elegistis, & grauissimum pondus vestra Ecclesia super me posuistis. Et quia super montem excelsum me iussistis ascendere, & clamare, & annunciare populo DEI scelera eorum, & filiis Ecclesia peccata eorum, membra diaboli cæperunt contra me insurgere, & vsque ad sanguinem præsumpserunt in me manus suas iniicere. Astiterunt reges terra, & Principes conuenerunt seculares & Ecclesiastici; aulici & vulgares conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus vos Christos eius, dicentes: Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum: Et, vt me omninò morte, vel exilio confunderent, multis modis conati sunt in me insurgere.

Inter

Inter quos specialiter Henricus, quem dicunt Regem, Henrici Imperatoris filius, contra vestram calcantem erexit Ecclesiam, facta cum multis Ultramontanis, & Italicis conspiratione, annitens me deiiciendo eam sibi subiugare. Cuius superbia vestra restitit auctoritas, eamq; vestra destruxit potestas: qui confusus, & humiliatus ad me in Longobardiam veniens, absolutionem ab excommunicatione quasuit. Quem ego videns humiliatum, multis ab eo promissionibus acceptis de vita sua emendatione, solam ei communionem reddidi, non tamen in regno, à quo eum in Romana Synodo deposueram, instauravi, nec fidelitatem hominum, qui sibi iurauerant, vel erant iuraturi, à qua omnes absolui in eadem Synodo, ut sibi seruaretur, praecepi. Et haec ideo detinui, ut inter eum, & Episcopos, vel Principes Ultramontanos, qui ei causa iustionis vestrae Ecclesiae resisterant, iustitiam facerem, vel pacem componerem, sicut ipse Henricus iuramento per duos Episcopos mihi promisit.

Prædicti autem Episcopi, & Principes Ultramontani audientes illum non seruare, quod mihi promiserat, quasi desperati ab eo, sine meo consilio, vobis testibus, elegerunt sibi Rudolphum Ducem in Regem: qui Rex Rudolphus festinanter ad me, missus nuncio, indicavit se coactum regni gubernacula suscepisse: tamen sese paratum mihi omnibus modis obedire. Et ut hoc verius credatur, semper ex eo tempore eundem sermonem mihi misit: adiiciens etiam, filio suo obside, & fidelis sui Bertholdi filio, quod promittebat, firmare.

Interea Henricus cepit me precari, ut illum contra prædictum Rudolphum adiuuarem. Cui respondi, me libenter facere, audita utriusq; partis ratione, ut scirem, cui iustitia magis fauere, Ille autem putans suis viribus eum posse devincere, meam contempsit responsonem. Postquam autem percensit, se non posse, sicut speravit, agere, duo Episcopi, Virdu-<sup>a Ostnaburgensis,</sup> mensis videlicet, & Osenburgensis de consentaneis suis Romæ  
vene-



venerunt, & in Synodo ex parte Henrici, me, ut ei iustitiam facerem, rogauerunt; quod & nuncijs Rudolphi fieri laudauerunt.

Tandem, aspirante DEO, sicut credo, statui in eadem Synodo, in partibus Ultramontanis fieri colloquium, ut illic aut pax statueretur, aut cui plus iustitia faueret, cognosceretur. Ego enim, sicut vos mihi testes estis, Patres, & Domini mei, usque hodie nullam partem disposui adiuuare, nisi eam, cui plus iustitia faueret. Et quia putabam, quod iniustior pars colloquium nollet fieri, ubi iustitia suum locum seruaret, excommunicauit, & anathemati alligauit omnes personas siue Regis, siue Ducis, aut Episcopi, aut alicuius hominis, qui colloquium aliquo ingenio impediret, ut non fieret. Prædictus autem Henricus cum suis fautoribus non timens periculum inobedientia, quod est scelus idololatriæ, colloquium impediendo, excommunicationem incurrit, & seipsum anathematis vinculo alligauit, magnamque multitudinem Christianorum morti tradidit, & Ecclesias fecit dissipari; & totum penè Teutonicorum regnum desolationi dedit.

Quapropter confidens de iudicio, & misericordia DEI, eiusque piissima matris semper Virginis MARIE, fultus vestra auctoritate prædictum Henricum, quem dicunt regem, omnesque fautores eius excommunicationi subiicio, & anathematis vinculo alligo, & iterum regnum Teutonicorum, & Italia, ex parte omnipotentis DEI, & vestra; interdicens ei, omnem dignitatem, & potestatem regiam illi tollo, & ut nullus ei Christianus, sicut regi, obediatur, interdico, omnesque, qui ei iurauerunt, vel iurabunt de regni dominatione, à iuramenti promissione absoluo. Ipse autem Henricus cum suis fautoribus in omni congressione belli nullas vires, nullamque in vita sua victoriam obtineat.

Ut autem Rudolphus regnum Teutonicorum regat, & defendat,

fendat, quem Teutonici elegerunt sibi in regem ad vestram fidelitatem, ex vestra parte, dono, largior & concedo, omnibusq; sibi fideliter adherentibus absolutionem omnium peccatorum, veram benedictionem in hac vita, & in futura, vestra fretus fiducia, largior. Sicut enim Henricus pro sua superbia, & inobedientia, & falsitate à regni dignitate iuste abiicitur; ita Rudolpho pro sua humilitate, obedientia, veritate potestas & dignitas regni conceditur.

Agite nunc quaeso Patres, & Principes sanctissimi, ut omnis mundus intelligat, & cognoscat; quia, si potestis in caelo ligare, & solvere; potestis in terra imperia, regna, ducatus, principatus, marchias, comitatus, & omnium hominum possessiones pro meritis tollere unicuiq;, & concedere. Vos enim Patriarchatus, Primatus, Archiepiscopatus, Episcopatus frequenter tulistis pravis, & indignis, & religiosis viris dedistis. Si enim spiritualia iudicatis: quid de secularibus vos posse credendum est? Addiscant nunc Reges, & omnes seculi Principes, quanti vos estis, quid potestis, & timeant parui pendere iussionem Ecclesiae vestrae, & in praedicto Henrico tam citò iudicium vestrum exercete, ut omnes sciant, quia non fortuito, sed vestra potestate cadet, & confundetur, utinam ad penitentiam, ut spiritus sit saluus in die Domini. Acta Romae <sup>1. Cor. 5.</sup> nonis Martij, Indictione III.

Igitur Satanæ traditus infelix Henricus, rabidoque dæmonum furore magis, ac magis ad summum iniquitatis conscendit, & legitimum Papam destituere cupiens, auream statuam Simoniacis, & Nicolaitis in Romana ciuitate, quam Babylonem Petrus & Ioannes appellat, nouus Nabuchodonosor, crexit, Guibertum scilicet Rauennatem Episcopum, iam pridem à Gregorio nostro propter incestum, & alia flagitia sua Synodali sententia damnatum. Proinde grauissima persecutio-

*Gregorius ex  
Urbe Salernum  
abit.*

ne contra virum D E I commota, Salernum recessit, ibique supernæ medicationis absinthio per corporales ægri- tudines efficacissimè purgatus, diuinæ consolatio- nis dulci responso meruit exhilarari, videlicet purga- tiones istas ei in perpetuum proficere, & sufficere, nec eum vllam castigationem oportere post obitum ti- mere.

*Præsit Grego-  
rius mortem  
suam.*

Denique in signum sempiternæ sospitatis tempo- ralem incolumitatem recepit: & quod valdè glorio- sum videri potest, circa Kalen. Ianuarij prænosse cœpit dissolutionem corporis sui futuram circa Kal. Iunij. Quibus cum appropinquasset, & vltimi doloris luctam inchoasset, astantibus ei Episcopis & Cardinalibus, eumque pro laboribus sanctæ conuersationis, & doctri- næ beatificantibus, respondit; Ego fratres mei dilectis- simi nullos labores meos alicuius momenti facio; in hoc vno solummodò confidens, quod semper *dilexi iu- stitiam, & odio habui iniquitatem.* Item, cùm anxietatem suam de statu suo post discessum eius deplorarent; ele- uatis, pius pater, in cælum oculis, & eodem porrectis, instar ascensionis, palmis, illuc, inquit, ascendam, & obnixis precibus D E O propitio, vos commit- tam.

*Præclarum  
Gregorij re-  
sponsum.*

*Rogatur, Et  
successorem  
nominet.*

*Otho Episcopus  
Ostiensis, po-  
stea Pontifex  
Urbanus II.  
appellatus An-  
no 1088. Lega-*

Præterea rogatus, vt in tanta fidelium perturbatio- ne, sibi successorem, & Ecclesiæ contra prænominatum adulterum designaret vltorem, trium dedit optionem: videlicet Desiderij Cardinalis, & Abbatis Cœnobij Cassinensis, atque reuerendissimorum Episcoporum Ottonis Ostiensis, & Hugonis Lugdunensis. Verùm quia Otto nondum à Germaniæ, & Galliæ partibus re- dierat, vbi Apostolica legatione functus, venerabilem Gebehardum Constantiensis Ecclesiæ Præsulem, se  
præ-

præsente, & fauente consecrauerat, & alia nonnulla ad stabilimentum Ecclesiæ pertinentia prudenter ordinauerat: Hugo quoque sua lustrans gubernacula procul aberat; interim suasit eligi vicinum Desiderium, licet breuissimè victurum, non tamen absque typo victoriae Victorem esse appellandum. Nam in diebus eius, qui quatuor aptati sunt mensibus, famosam victoriam dedit Dominus Apostolicæ Sedis propugnatoribus de aduersariis ipsius, per quam etiam cathedram suam diu ab inuasoribus detentam recepit Wirzeburgensis Episcopus nomine Adalbero vir spectabilis natu, honorabilis vultu & actu, reduces habens venerandos coepiscopos prædictum Gebhardum Constantiensem, & Heremannum Metensem, qui & ipsi pro fidelitate Gregorij nostri sedes suas amiserant.

Prædixerat eidem Desiderio Pater sanctus, quòd non interfuturus esset migrationi ipsius, quamuis ob hoc infirmantem inuississet, & cum eo vsque in finem perseueraret, & sanctas exequias cum cæteris fidelibus celebraret, multumque eum attonitum, tristemque reddiderat. Cumque hæreret in admiratione, quidnam impediti futurum esset, subito nunciatur ei à Nortmannis facta circumuallatio cuiusdam castelli suo monasterio subiecti: & compulsus necessitate succurrendi suis, abeundi licentiam accepit: sicque, licet inuitus, explendæ Prophetiæ locum dedit.

Interea Pontifex beatus Gregorius super his, quos excommunicarat, requisitus, si quam dispensationem facere vellet, respondit: Præter Henricum regem dictum, & Guibertum Apostolicæ Sedis inuasorem,

*stone in German sanctus  
M. LXXXIII.  
Vide hoc anno  
Bar. N. 4. &  
seq. Lege Bertoldum Anno  
M. LXXXV.  
De hoc Victoria lege Bertoldum M.  
LXXXVII.*

& omnes illas principales personas, quæ aut consilio, aut auxilio fauent nequitia, vel impietati illorum, omnes absoluo, & benedico, quicumque me hanc habere specialem potestatem in vice Apostolorum Petri, & Pauli credunt indubitanter: præter hæc admonense eos de multis, & hoc dedit illis præceptum: Ex parte DEI omnipotentis, atque auctoritate beatorum Petri, & Pauli Apostolorum præcipio vobis, vt neminem habeatis Romanum Pontificem, nisi canonicè electum, & sanctorum Patrum auctoritate electum, & ordinatum.

*Vltima Grego-  
rij VII. Serba.*

Vbi verò in extremo positus erat, vltima verba eius hæc fuerunt: Dilexi iustitiam, & odiui iniquitatem, propterea morior in exilio. Quo contra quidam venerabilis Episcopus respondisse narratur: Non potes, Domine, mori in exilio, qui in vice Christi, & Apostolorum eius diuinitus accepisti gentes hæreditatem, & possessionem terminos terræ. Itaque septiformi gratia plenus septimi Gregorij spiritus, qui mundum, & Principes eius arguerat de peccato, & de iniustitia, & de iudicio, in fortitudine cælestis cibi nuper accepti, cælestem vitam arripiens, meritoq; diuini zeli, velut igneo curru, instar Helia, subuectus, Urbani prædecessoris sui, cuius ea die festiuitas exstitit, omniumque beatorum lætitiâ in cælesti gloria cum Christo gaudentium excellenter ampliauit; in terris verò peregrinantem Ecclesiam discessu suo non paruo mœrore consternauit. Corpus eius sepulturæ traditum est apud beatum Matthæum Euangelistam, de cuius noua inuentione latitudam scripserat ante paucos annos Epistolam.

*Epistolar. lib. 8.  
Epist. 8.*

Consequenter hîc introducendus videtur præcipuus virtutum eius sectator & hæres, beatus videlicet

An-

Anselmus Ecclesiæ Lucensis Antistes, qui ante omnia id studij semper habuit, vt imitaretur eum in omnibus, adeò vt discrepare ab illo prorsus nollet in aliquo. Deinde, quidquid in ipso fuit, illius semper meritis attribuit. Gregorius namque veluti fons erat. Anselmus quasi riuus fluebat, & arida irrigabat. Ille, quasi caput, totum corpus gubernabat: iste, ceu manus studiosa, quod iniunctum, superabat. Ille, sicut Sol, illuminauit omnia; iste, velut splendor declarauit singula. Olim Helias ex mortalium cohabitatione transiturus dimisit Helisæo pallium suum Prophetici muneris instrumentum: similiter & Gregorius ex hac mortali vita migraturus transmisit Anselmo Pontificalis insigne potestatis, videlicet mitram capitis sui, hoc nimirum DEO cooperante, vt, sicut ille Prophetiæ per pallium hæreditauit prærogatiuam: ita & iste sacerdotalem per mitrâ obtineret eminentiam. Nempe eò vsque processit similitudo, vt, sicut Helisæus per pallium Helisæ, virtutum signa demonstraerant; ita & Anselmus per mitrâ Gregorij quædam magnalia exhibuerit. Nam, vt de pluribus vnum magis diuulgatum proferamus, reuerendus Mantuanæ Præsul Ecclesiæ Vbaldus multis iam annis grauissimè spleneticus, & toto corpore vlceratus, præsertim in cruribus, sic vt vix quomodolibet stare posset, vix etiam iacere, vel sedere, qui & multa in medicos erogauerat, nihilque profecerat, apposita eadem mitra, vbi maior ingruebat dolor, pristinæ redditus est sanitati.

Libet eiusdem Anselmi de Psalmorum tractatibus paucas sententias excipere, & quam piæ affectum erga sanctitatē Magistri sui Gregorij habuerit, euidentius ostendere. Sic ergò loquitur in tractatu secundi Psalmi:

S 3

Assi-

*S. Anselmus  
Lucensis, de  
quo vide Ber-  
toldum Anno  
M. LXXXVII.*

*Miraculum.*

*Excerpta qua-  
dam Anselmi  
Lucensis ex  
comment. in  
Psalmos.  
Psalm. 2.*

*Assiterunt reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* Reges terræ membra videlicet eius, qui regnat super omnes filios superbiæ, non solum venerunt, sed & assiterunt, & exercitu suo Romanam Ecclesiam obsederunt, & principes Sacerdotum conspirantes conuenerunt in vnum, contra sanctum Petrum, & contra Vicarium eius Gregorium; imò ipsum, qui dixit; qui vos tangit, me tangit; *qui vos spernit, me spernit*: crucifigunt iterum filium DEI. Constat etenim, quia caput nostrum in membris suis patitur, in membris infirmatur, sicut ipse Beato Petro dixit: *Vado iterum Romam crucifigi.* Nonne tibi videntur Principes Sacerdotum in domo Pilati colligere concilium, vt Christum morti tradant, cum tot falsos testes contra summum Pontificem Henricus adornauit; cum omnes clamant; *reus est mortis.* Nonne iterum Barrabas eligitur, & Christus sub Pilato morti addicitur, cum Rauennas Guibertus eligitur, & Papa Gregorius reprobat? Sic viuere latronem petunt, qui lege damnatur, & iustum damnant, per quem omnes saluantur. Nonne tibi videtur iterum Pilatus manus suas lauisse, & dixisse; *Mundus ego sum à sanguine huius: nullam in eo causam inuenio*, quando simulata pœnitentia Henricus adorauit summum Pontificem; deinde falsis Episcopis suis dixit: *Secundum legem vestram iudicate eum.* Amplius: *Dirumpamus vincula eorum, &c.* Opprimamus, inquit, virum iustum, quoniam contrarius est operibus nostris. Si enim dimiserimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Item; si Papa Gregorius vixerit, mittet contra nos Prædicatores veritatis, qui discutientes vitam, & actus.

Luc. 10.

Matth. 27.

Psal. 2.

actus nostros, eripient oues Christi de manibus nostris, & iusti diripient spolia nostra, & dimittent Ecclesiam facientibus fructum in ea.

Quantæ verò sanctitatis tractator iste fuerit, partim ex lectione sanctorum gestorum eius animaduertimus, partim ex relatione religiosorum fratrum, qui se de longinquo ad sepulchrum eius per reuelationem inuitatos venisse, & à grauib, atque diutinis languoribus absque mora liberatos fuisse, testati sunt, perpendimus.

*Sanctitas Anselmi Lucensis. Vide Apologiam nostram pro Greg. VII fol. 13. 14.*

Nunc operæ precium arbitramur paucis demonstrare, qualiter vel gratia, vel ira DEI nostris, hoc est, in Germanicis partibus commendauerit decreta Gregorij nostri contra auaritiam, & luxuriam Simonis, & Nicolai; quatenus & iusti vigilantiores fiant ad cauendum interdixtæ communionis piaculum; & operarij iniquitatis formidolosiores effecti, summis pœnitentiæ conatibus enitantur ad euadendum suæ præuaricationis supplicium. Nam ad sepulchrum eius cælitus facta, vel quæ fieri dicunt religiosiores quique Romani, nos illis, qui viciniore sunt, percensenda reseruamus, quibus & personæ facilius innotescunt, in quibus vel facta, vel fiunt.

Vt ergò contra primam in Ecclesia Simonis pestem primum ponamus exemplum, reuerendissimus Hirsaugiensis cœnobij Pater \* Wilhelmus, cuius religionem scripta quoque Gregorij nostri venerabiliter acceptant, inter multos, qui specialem eius medicinam expetebant, recepit quendam presbyterum Simoniacæ prauitatis lepra maculosum, humilitatis antidoto curandum: sed eheu vim faciente monachorum impor-

*a De hoc multa Trithemius in Chronico Hirsaugiensi. Lege Bertoldum M XCI.*



importunitate, quorum pessima consuetudo est, de sacris Canonibus aut parum, aut nihil curare, non compescuit eum ab illicita immaculati Agni immolatione. Vnde contigit, ut ipse Saluator horrenda eum visione deterreret, cum forte post inchoatam Missam catechumenorum.....resideret. Oppresso namque sopore apparuit, scissis vestibibus, aspectu quasi leprosus, ei que stupenti, & admiranti, quem respiceret causa huiuscemodi apparitionis; taliter, inquit, tu me tractasti: qui, cum te Simoniacum non nescires, ad conficienda Sacramenta corporis, & sanguinis mei nihilominus accedere præsumpsisti. Inter hæc, <sup>a</sup> arguente hora surgendi ad lectionem Euangelij, multi fratrum innuerunt, ut excitaretur: sed prædictus Abbas altiori consideratione renuit, ne reuelatio, si qua esset, impediretur. Animaduertit enim, non ociosum esse tam profundum illius temporis & loci soporem. Itaque ventum est ad Missam Sacramentorum, & tunc necessario expergefactus, celebrandi causa mysterij, manifestauit grauedinem, & impossibilitatem suam, acceptoque protinus eiusdem Missæ Vicario, ex tunc in reliquum penitus cessauit à sacerdotali officio.

Abhinc proferenda sunt exempla contra Nicolaitas, & eorum communicatores valentia.



VISIO

\* Apographum  
hab. impro-  
brio. forse. in  
podio.

2 Argente.

VISIO HERLUCAE  
VIRGINIS.

Herluca *Vitam*  
vide *infra*.

**H**ELICIS namque memoriae Virgo Herluca, cui familiares erant visiones, & reuelationes Domini cum infirmitatibus Apostoli, fide-  
li relatu nobis insinuauit: quod ipsa vice quadam dum solitaria resedisset in cellula sua, subito viderat Dominum IESUM ad se introire, comitante beato Wicterpo Augustensis Ecclesiae quondam praesule, habitoque paulisper silentio, subsistere, & vulneratum sua cruore manantia ostendere. Cumque horripilasset à timore visionis insolitae, affatus est eam Episcopus ita dicens: Abhorres ne soror à cruenta specie Saluatoris? Ait: Etiam Domine. Vis eum, inquit, taliter ulterius non videre? Respondit: volo. Noli, inquit, ergò amodò <sup>a</sup> Richarij presbyteri Missas audire: qui debitam tanto officio castimoniam non vult custodire. Sic enim vocabatur presbyter, <sup>b</sup> qui illi Ecclesiae indignus praeratur, iuxta quam Virgo DEO dedicata manebat; ex tunc eum publica vitatione confutatum, & exemplo suo plebem, ut idem faceret, animauit.

<sup>a</sup> Richardi.

<sup>b</sup> Eptaticum  
Vocat Paulus  
locum illum,  
cuius Ecclesia  
Richarius praeratur.

Eppach Germanice, non  
procul à Schon-

*ga Bavarie ciuitate, ad Lycum fluium, et dicitur in Vita S. Wicterpi Episcopi. Egit tamen presbyter iste postea seriam penitentiam; et scribit Paulus in Vita Herluca.*



T ALIA

## A L I A.

**L**LA quoque visio non indigna commemoratione videtur, qua dilectus DEO, & hominibus benedictæ memoriæ Adalbero Monachus, & ipse contumelias, & terrores ab aduersariis Gregorij nostri propter obedientiam decretorum eius passus, eandem Herluçam vidisse referebat de quodam Nicolaita, qui carnalibus desideriis inferuens Ecclesiam illam contaminauerat, quæ est in loco, qui dicitur Rota. In illa namque confinia, hoc est, in confinio Noricorum & Alamannorum, quos Lycus fluuius disternat, non procul distabant, mansiones eiusdem venerandi senis, & beatæ virginis, multumque se inuicem in Christo diligebant, quia excellentem DEI gratiam in se mutuò recognoscebant. Ita ergo dilectus de dilecta narrabat.

Beata Herluca inter socias Virgines, & viduas quadam die, ex more sedebat, & operi manuum iuxta consuetudinem suam diligenter incumbibat, cùm ecce subito per fenestram prospiciens miserabiliter lamentari cœpit, & vociferari, dicens: Væ, væ homini illi erat, si natus non fuisset. Cumque nimis attonita quædam illustris femina nomine Hadevviga interrogasset eam, quidnam vidisset, vnde tantum commota fuisset? mortuus est, inquit, infelix, presbyter ille de Rota, & anima eius ab angelis Sathanæ sublata portatur ad inferna. Vidi enim eos prætereuntes cum insultatione, & animam comitantem cum ciulatione. Illa optante hoc verum non esse, mittatur, inquit, qui veritatem inquirat. Missus nuncius familiam lu-  
gen-

*Etiam hæc Sison narratur in Vita Herluçæ Virginis.*

gentem inuenit, & eadem hora comperit mortuum, qua beata Virgo spiritum eius viderat à malignis spiritibus asportatum.

Interea super ipsas quoque vxores, seu concubinas Nicolaitarum terribiliter defæuit diuina ultio. Nam quædam illarum in reprobum sensum traditæ, semetipsas incendio tradiderunt. Aliquæ dum sanæ cubitum issent, mortuæ repertæ sunt in matutino absque vilo præeuntis infirmitatis indicio. Aliquarum etiam corpora post euulsas animas maligni spiritus rapien-tes, & in sua latibula reponentes, humana sepultura priuauerunt.

*Pena in Sacer-  
dotum concu-  
binas.*

Porro incæstuosas missarum celebratoribus ita se manifestauit aliquoties ira DEI; quod, dum iam, iam-que communicare vellent, turbo vehemens irruit, calicemque subuertens sanguinem<sup>a</sup> perfudit; panem ve-  
rò sanctum humanæ inuentioni mirabiliter abripuit. Qualis verò presbyter ille fuerit, qui sæpe dicti, semper-que dicendi Gregorij nostri casulam sibi in pignore positam, tempore II. Gelasij Papæ ad missam semel induere præsumpsit, non satis inuestigauimus: sed hoc pro certo, Romanorum relatu, didicimus, quòd illicò scabiosus effectus vix per dignos pœnitentiæ fructus euasit.

*a effudit.*

*Quidam Sa-  
cerdos temerè-  
ratem iussit.*

Quanta verò gratia DEI subsecuta sit obedientes Gregorianæ institutioni, ostendit religio quadrata per Apostolicâ Gregorij nostri benedictione venerabiliter in his regionibus inchoata, & feliciter multiplicata, videlicet attonorum Christi seruorum, eisque fideliter seruentium fratrum *barbatorum*; Virginum singulari deuotione iugiter inclusarum; itemque Vir-

T 2 ginum

ginum regulari moderatione introitus, & exitus suos custodientium.

*De VVilhelmo Hirsfaugiensi Abbate hac Trithemius in Chronico Hirsfaug. Centum & quinquaginta Monachos, sub sua disciplina quotidie Dominum laudantes habuit, quibus necessaria vitæ corporalis, & spiritualis, iuxta regulam Patris nostri sanctissimi Benedicti frugaliter procurauit. Supra hunc monachorum numerum habebat & alios Fratres Barbatos complures, quos vſitato nos vocabulo *Conuersos* appellamus, qui laboribus manuum insistentes, temporalium curam secundum mandata ſeniorum agerent, & monachis contemplationi, & orationi ſemper deditis, corporum necessaria provide- rent. Ferunt denique hunc reuerendiſſimum patrem VVilhelmum *Conuerſorum* huiusmodi vſum in Germania Cœnobiis primùm vel inſtituiſſe, vel potius abolitum renouaſſe, quem ſolum in primæua monachorum conuerſatione olim nouimus celebrem.*

*Hos Conuerſos in Satyra quadam ſchiſmaticus poëtaſter ad Henricum V. Germania Regem petulanter inceſſit. Exſtat in Chronico Laurisheimenſi Tom. 1. Illuſt. ſcriptorum Germania. Inter cætera ſic conuſciatur. Nunc quoque barbati, qui ſunt, attentius audi. Sunt ergo laici Milienſibus (*Hirſfaugienſibus*) aſſociati, quos riſus populi dedit hoc agnomine fungi, ſunt quia prolixis barbibus ad pectora pexis Deformes, &c. Auſtera facie ſunt & tonſi caput altè, cæutiſſe ancillis certoque tenore capillis, &c.*

*Videtur idem VVilhelmus reformaſſe etiam tonſuram & habitum Monachorum. Hinc Attonſi de quibus hic noſter Paulus. Ipſe namque eſt, inquit Trithemius, qui Ordinem noſtrum in omnibus penè Theutonici Regni Pro- uinciis miſerè collapſum reformare ſtudiuit, & in multis etiam Cœnobiis reformauit. Hinc Satyricus de quo paulo ante. Hi per tonſuras grandes, grandesque cucullos, &c. Per caput abraſi terratenus & manicati, &c.*

*Bertoldus in Chronico Anno M. LXXXIII. Eodem tempore in Regno Teutonicorum tria monaſteria cum ſuis cellulis, regularibus diſciplinis inſtituta, egregiè pollebant: quippe Cœnobium S. Blaſij in nigra ſylua, & S. Aurelij, quod Hirsfaugia dicitur, & S. Saluatoris, quod Schafhuſin dicitur, id eſt, nauium domus. Ad quæ monaſteria mirabilis multitudo nobilium, & prudentium virorum hac tempeſtate in breui confugit, & depositis armis, euangelicam perfectionem ſub regulari diſciplina exequi propoſuit; tanto inquam numero, vt ipſa monaſteriorum ædificia neceſſario ampliarent: eò quod non aliter in eis locum commanendi haberent. In his itaque monaſteriiſſi nec ipſa exteriora officia per ſeculares, ſed per religioſos fratres adminiſtrantur, & quanto nobiliores erant in ſeculo, tanto ſe contemptibilioribus officiis occupari deſiderant, vt, qui quondam erant Comites, & Marchiones in ſeculo; nunc in coquina, & piſtrino fratribus ſeruire, & porcos eorum in campo paſcere, pro ſummis computent deliciis. Ibi nempe & porcarij, & bulci præter habitum iidem ſunt, qui monachi. Tanto autem charitatis ardore omnes ſeruent, vt quilibet eorum, non tam ſuum, quam alienum deſideret proſectum; & in exhibenda hoſpitalitatè inſudant tam mirabiliter, ac ſi ſe*

si se perdidisse æstimet, quidquid pauperibus CHRISTI, & hospitibus non erogauerint.

*De Odalrico Priore Cluniacensi, vide vitam B. Herluca cap. 42.*

Sanè quadraturæ huius siue quadrigæ quatuor præcipui rectores fuere, videlicet Canonice vitæ renouator eximus, <sup>a</sup> Altmannus Episcopus de Patauia, & beate recordationis Odalricus Prior de Cluniaco, uenerandi Patres Wilhelmus de Hirsangia, & Sigefridus de Sancti Saluatoris Cella.

*a De Altmanno lege Hundium in Metropoli. De eodem Bertoldus in Chron. Anno*

*M. XCI.* Altmannus sanctæ recordationis Pataviensis Episcopus in causa S. Petri & in Ecclesiastica religione studiosissimus post multa pericula, tribulationes & exilia, quæ pro Christo sustinuit, in senectute bona migravit ad dominum VI. Idus Augusti (*M. XCI.*) Hic fuit tantæ sanctitatis, continentie & religionis, ut reuerendissimo Papæ Gregorio, sanctoque Lucensi Episcopo, imo omnibus Religiosis reuerendus esset, & amabilis, schismaticis vero & sceleratis odiosus & formidabilis.

Verùm, quia Cluniaci mentionem modò repetiimus, ad commotionem cœnobiis præsentium, libet ad memoriam reuocare duas visiones inibi Gregorio nostro factas, ut qui verbo & exemplo eius hætenus profecerunt, amodò nihilominus & harum visionum contemplatione proficiant. Igitur cum adhuc Legatus Apostolicus quadam vice Cluniacum venisset, & <sup>b</sup> Abbati fratrum Capitulo præsidenti assidisset, subleuatus spiritu videre cœpit medium IESUM, modò se placidè acclinantem eidem Abbati rectè iudicanti; modò indignanter auertentem, cum fortè minus inuigilaret reuerentiæ: qui, postquam finito Capitulo eidem Patri secretò referebat, non parum cautionis in reliquum suggerebat.

*b Hugoni. Idem habetur in Vita S. Hugonis Abbatis.*

Item, cum diuina reuelatione præmonitus ex Apostolica auctoritate præcepisset, ut omnes, qui ibidem vel homicidæ, vel adulteri, vel quolibet modo

T 3 crimini-

criminosi exstitissent, ab altaris officio secundum scita Canonum, cessare deberent: & iidem protinus pauida confessione declarati fuissent, narrabat prædictus Abbas se in somnis eisdem velut ab Angelo decollatos vidisse.

In calce libri commemorare delectat plenæ dilectionis bigam martyrij cruore perfusam: Burchardum videlicet Halberstatensem, & Theodomarum Iuuuensem Episcopos Gregoriani dogmatis assertores efficacissimos. Horum namque Burchardus Annoni Coloniensi, & Werenhario Magdeburgensi reuerendissimis Archiepiscopis sanguine, & religione proximus, postquam grauissimum Henricianæ persecutionis pondus laudabili constantia diu sustentauerat, tandem appropinquante supernæ retributionis die videt sibi in visu noctis beatum Blasium martyrem, ac Pontificem assistere, & beatæ Passionis socialem gloriam repromittere. Itaque furiosæ schismaticorum plebis horribili circumdatione apud Goslarium coarctatus, & lethaliter vulneratus, quandiu superuixit cum admirabili alacritate præsentibus admonuit, vt sibi & ab hæreticorum contagio cauerent, & in obedientia Catholici Pontificis permanerent. Denique inter verba sanctæ exhortationis, & orationis spiritum emittens, sepultus est in Memoria Apostolorum Petri, & Pauli, quam ipse à fundamento construxit & dedicauerat.

*Fisio Burchardo Halberstadenſi Episcopo oblata.*

*Bertoldus in Chron. An. M.*

*LXXV VIII.*

*In Saxonia,*

*piæ memoriæ*

*Burchardus*

*Halberstaren-*

*ſis Episcopus*

*in cauſſa S.*

*Petri firmiſſi-*

*mus, heu occi-*

*ditur. Sed ni-*

*hil differt an-*

*febris, an gladius nos mittat ad Dominum. Migravit autem ad Dominum VIII.*

*Idus Aprilis.*

Porro Theodomarus naturæ præstantia, & totius humilitatis, & honestatis artificio præclarus, crebra fugiendi necessitate à Guibertinis, & Henricianis tribula-

bulatus, & longa demum captione maceratus, postquam se videt in suis terminis non posse fructificare, statuit Hierosolymam transmeare; atque inter eundem à paganis interceptus, & pro inexpugnabili confessione nominis Christi membratim intercisis, supernam Hierusalem Victor gloriosus intrauit. Hic ordinauerat nostræ humilitatis ordinatorem, reuerendissimum scilicet Vdalricū Lauriacensem, siue<sup>a</sup> Patauiensem Episcopum, atque Apostolicæ Sedis Legatum, qui ante hoc septennium, post multos agones, pro assertione Gregoriana dogmatis, cuius ad normam & electus, & promotus fuerat, legitimè decertaturus obdormiuit in Domino, anno ætatis suæ centesimo quinto, neminem, proh dolor, sui similem relinquens inter omnes Germaniarum Præsules. Nullum etenim videmus ita compositum moribus, honorabilem vultu, modestum habitu, auctoritate reuerendum, semper habentem, in gratia sale conditum,<sup>b</sup> & opportunis vndique responsis expeditum, & alias possidentem prærogatiuas, quas maluimus dissimulare, quàm inanem inuidiam, exæquare non valentium, concitare. Hoc tamen cum pace cunctorum putamus dicendum, quod nihil illius seueritate iucundius, nihil erat iucunditate seuerius, & quod miræ abstinentiæ cum tanta alacritate moderabatur virtutem, vt nullam penitus redoleret ostentationem.

Cuius specialis alumna, Virgo DEO deuota, vidit cælestes visiones, & accepit donationes ad commendationem GREGORIANÆ obedientiæ non ineptas, ideoque silentio minimè prætereundas. Dillexerat enim quendam presbyterum, eò quod

*Exstant Acta  
& Martyrium  
Theomonis seu  
Theodomari  
Tom. 4. Antiq.  
Lect. D. Hen-  
rici Canisij.  
a Successit iste  
Vdalricus Al-  
manno, de quo  
supra. Vide  
Hundium in  
Metropoli: qui  
scribit Vdalri-  
cū obisse an-  
no M. C. XXIV.*

*b Videtur de-  
esse Sox; ser-  
monem.*

*Loqui videtur  
de B. Herluca  
Virgine.*



quod castè vixisset, & à tam legitimo Pontifice, videlicet Odalrico, sacros ordines accepisset, eiusque in diuinis officiis, etiam ipso tenore vocis, delectabilem suæ charitatis similitudinem attigisset. Vnde contigit, vt quadam vice videretur ei sacra mysteria celebrare, <sup>a</sup> dextera diuinæ maiestatis desuper apparen- te, & canonicè signa cum ipso faciente.

<sup>a</sup> Simile quid  
refertur de  
S. Odalrico E-  
piscopo. August.  
in Vita eius  
cap. 2.

Verùm post excessum diuini Præfulis, cum, peccatis exigentibus, posuisset **D E V S** tenebras insipientiæ, & facta esset nox insolentiæ, *in ipsam pertransierunt omnes bestia sylua vt catuli leonum rugientes vt raperent, & quærerent à D E O escam sibi*, videlicet spiritus maligni: &, quod miserabile dictu est, sacerdotem istum catenus integrum, morsu luxuriæ corrupe- runt: quod præfatæ Virgini sic assignatum est. Vi- sus est ei denuò sacris mysteriis insistere, dextera quidem Domini nihilominus apparente, sed ve- luti languida dependente, ac nihil penitus confi- ciente. Et hæc quidem diuinitus ostensa sunt Vir- gini.

Cæterùm aliquoties, cum incontinentium Sa- cerdotum officia, iuxta Gregorianam prohibitionem, corporaliter declinaret, ac per fidem, & orationem illis intenderet, quibus corporalem præsentiam exhibere non potuit, mira Saluatoris largitate eiusdem suauitatis gustum sentire cœpit in ore, quem interdum realiter communicando Catholicis se gra- tulabatur sensisse ex manifesta Sacramentorum per- ceptione.

Dili-

Diligebat autem hanc Virginem præ cæteris Virgini-  
 bus beatæ recordationis Antistes Odalricus non ma-  
 gis propter suam indolem bonam, quàm propter ho-  
 norabilem sanctæ matris viduitatem, & materterarum  
 eius, quæ omnes illam maximè erudiebant, laudabilem  
 Virginitatem. De matre, cui nomen Helisea, breuiter  
 adiiciendum, quod in feruente obedientia Gregorij  
 nostri multis virtutibus, & Prophetiæ spiritu præpol-  
 lens, cum ad momentum transitus sui de hoc mundo,  
 benignis spiritibus se inuisentibus, opportunam soli-  
 tudinem procurasset; & in eorum glorioso præsidio ad  
 Christum migrasset, è vestigio reuertentes, quæ disces-  
 serant sorores, inuenerunt eam ad similitudinem Pau-  
 li primi eremitæ manibus ad Domînum expansis, in-  
 star supplicantis; quò nimirum pius conditor in defun-  
 cta ostenderet, quàm deuotè sibi, dum viueret, suppli-  
 casset.

*Mater Vdalri-  
 ci Episc.*

Hæc nobis scribentibus fortè superlata est narratio  
 duorum miraculorum Salerni cælicus patratorum, v-  
 num mox vt eodem beatus Gregorius recessisset. Nam  
 cum primitus illuc prædicare cœpisset, astans quidam  
 rusticus maligna cœpit intra se taliter dicere: En auctor  
 præliorum, & seditionum; postquam totum commo-  
 uit orbem, hanc inquietare venit Urbem. His ita cogi-  
 tatis dum etiam proloqui voluit, mutum se factum do-  
 luit. Cum verò necessitate compulsus accessit ad ho-  
 minem DEI, prouolutusque pedibus ipsius, qui-  
 bus signis potuit, peccasse se, & pœnitere innotuit,  
 quo miserente, & benedicente, recepit loquelam,  
 omnipotenti DEO, famuloque eius gratias rela-  
 turus.

*Calumniator  
 Gregorij sit  
 mutus.*

*Recipit loque-  
 lam precibus  
 Pontificis.*

ALLV

V

Post-

*Aliud miraculum in sepulchri perforatoribus & violatoribus.*

Postquam verò defunctus, & sepultus est, nocturno silentio subintroierunt fures, aperire sepulcrum volentes propter induvias Pontificales. Verùm tantæ vehementiæ ventus obuius eis fuit, vt cunctæ lampades, quæ in crypta beati Matthæi ardebant, exstinguerentur, & ipsi cadentes in amentiam tam diu iacerent, quousque Cleri, populi-  
que spectaculum fierent.

F I N I S.



VITA

VITA B. HER-  
LUCAE VIR-  
GINIS.

⁊  
PAVLO BERNRIEDENSI  
CONSCRIPTA:

ET  
Nunc primùm integra in lucem edita.

EX  
M. S. EXEMPLARI CELE-  
BRIS MONASTERII SS. UDAL-  
RICI & Afræ Augusta Vin-  
delicorum.

V 2      LE-

VIT A B H ER  
L V O A B V I R  
G I N I S

TAVIO BERRARDENSI  
CONSTIT

Manuscriptum in parchment

M. S. EXEMPLAR II  
P. 100  
V. 100

V 2  
LE



# LECTORI

**H**ISTORIAE de rebus gestis Gregorij VII. visum est adiungere hunc de Herluca Virgine commentariolum. 1. Quia & illius & huius idem Auctor est, nempe Paulus Bernriedensis: Et quia scriptione illa sua tam bene de Gregorio VII. meritus est; meretur utique, ut & hac eius lucubratiuncula diutius in tenebris non deliteat, quæ & priori aliquid lucis accendit, cum alias ob causas; tum quia disertius aperit, quis qualisque Paulus Bernriedensis fuerit; quanta à schismaticis tulerit; quando vixerit; Et quomodo Ratisbona cedere debuerit propter Henrici V. persecutionem. Quid, quod nonnulla quoque complectitur, quæ Boicæ Historiæ illustranda non parum cōducant? Sepulta est Herluca in Monasterio Bernriedensi ad lacum U Wormbsee,

V 3            ut

ut testatur Hundius de Monasteriis Bavarie ex libro 5. Annalium Auentini.

Partem huius vitæ, potissimum, quæ ad S. VVickterpum pertinent; euulgauit iam in Commentario de S. VVickterpo, Episcopo Augustano, Reuerendus & Ecclesiastica antiquitatis perquam studiosus Pater Carolus Stengelius Ord. D. Benedicti ad SS. Vdalricum & Afram Augusta Vindelicorum: cuius beneficio, (ut & admodum Reuerendi Patris ac Domini Gregorij in eodem Monasterio Prioris dignissimi) integrum huius vitæ exemplar adeptus sum; sit amen ipsa Historia integra est; nam cum nihil de excessu Herluca dicat; alterutrum suspicari subit; aut Paulum cæptæ Relationi alia de causâ extremam manum non addidisse, & vel certò consilio vel necessitate compulsus in hac scriptione progredi noluisse; aut certè progressum, sed nobis ob imperfectum exemplar id non constare. Nam quod quis cogitet, Paulum ante Herlucam factum, id nihilest; nam in Proœmio expressè dicit; se vitam Herluca literis mandasse tertio post eius obitum anno.

Por-

*Porro de Heptatico, seu Eptatico ita Theodorus in Vita S. Magni cap. 26. Venerunt quippe ambo ad locum, qui dicitur Eptaticus; reppereruntque ibi supra dictum Episcopum (UVicterpum) in oraculo suo sedentem & orantem, &c. nam S. VVicterpum Eptatici secessu mirum in modum recreabatur. Ibid. Adhæc iterum dixit Episcopus. Bene vocatur iste locus Eptaticus, quia in medio constat inter Monasterium S. Afræ, & cellam tuam. Erat ergo Eptaticus locus medius inter Fauces, (Hodie Süßen oppidum) & inter Augustam, seu Monasterium S. Afræ, quod est Augusta: de quo proximis diebus hæc ad me scripsit supra nominatus Carolus Stengelius. Diu inuestigavi, num adhuc locus ille, Eptaticus, in vita S. Magni, & B. Herluçæ vocatus, extaret, pagum ipsum nunc Eppach dici inueni. De Ecclesia non ita constabat. Inquisierunt eundem locum (cùm in vita S. VVicterpi legissent) eximij quidam viri, illac fortè transeuntes, sed nihil huius tituli se inuenisse testati sunt. Incidi tandem in hominem rusticanum,*

num,



num, quem diligentius examinans, num quid Ecclesiarum sub titulo Beatæ MARIÆ Virginis, & S. Laurentij extaret? Respondit: In pago Eppach nullam quidem Ecclesiam huius tituli extare, cum duas tamen habeant; itinere verò vnius horæ, nō longè à Lyco flumine, loco omninò solitario & inculto, superesse paruum omninò sacellum huius tituli. Quo responso omninò in eam deueni sententiam, vt mihi persuaderi paterer, hanc ipsam esse Ecclesiam, qua delectatum B. V. Victorpum legimus; vbi & postea Herluca vitam egerit. *Hæc ille.*



INCI-



INCIPIIT PRAEFATIO PAULI PRESBYTERI IN VITAM HERLUCÆ VIRGINIS.

**D**VSILLO gregi \* Beronicensis <sup>\* Bernriedensis.</sup> Cœnobij Paulus Frater, indignus vocari presbyter, bonorum collectionem magnificari, & eorum virtutibus glorificari.

Plus quàm viginti anni sunt, dilectissimi, quòd animus meus voto scribendi obligatus, explorare cœpit, & inuestigare quadam signa sanctitatis de cõversatione beatæ Herlucæ Virginis, qua hæctenus conseruata, & collata in corde meo, nunc demum tertio de positionis eius anno, in notitiam posteritatis eius proferre volo: primum quidem ad commendationem diuina gratiæ: Secundò, ad consolationem charitatis vestra. Cupimus enim

*Quoto anno post mortem B. Herluca hæc Historia conscripta fuerit.*

X ani-


animam Herluçæ non in seipsa, sed in Domino laudare, & mansuetos, de quibus estis & vos, hac audituros latificare.

Testor autem DEVM omnis gratia, nunquam metanta ipsius dona in aliqua feminarum \* innotuisse. Proinde frequentatum est hoc verbum inter me, & Gebhardum alumnium meum, nunquam nos suavius gustasse DEVM ex ore viri, quàm ex ore \* VVALTHARII Rauennatis Archiepiscopi, nunquam ex ore fœmina, quàm ex ore Herluçæ. Verè de Pontifice, quamuis sancto, & miraculis decorato, humanis tamen studiis nihilominus exercitato, non adeò mirandum: mirandum in fœmina, prorsus literaturam non cognoscente, multo euidentius fuit miraculum inspirationis diuina. Sed iam propositum iter aggredior.

*Videtur esse  
Gualterius  
de quo multa  
Rubeus lib. 5.  
Hist. Rauennat.  
maxima vir  
religione &  
innocentia,  
inquit Rubeus.*



INCI-



INCIPIUNT CAPI-  
TVLA DE VITA BEATÆ  
HERLVCÆ VIR-  
GINIS.

- CAP. I. De stirpe, & tempore natiuitatis B. Herluca Vir-  
ginis.*
- II. De Adolescentia eius tertio diuinitus percussa, & ad  
propositum sanctitatis conuersa.*
- III. De restitutione vnius admirabilis oculi per suffragi-  
um Martyris sancti Cyriaci.*
- IV. De solitudine eius circa pauperulos infantes exhi-  
bita.*
- V. De vigilijs eius cum Adelhaide Comitissa, vbi terro-  
res diabolicos amba viriliter superauerunt.*
- VI. De simili euentu apud Beronicam, vbi in riualum mo-  
larem à diabolo detrusa est.*
- VII. De improprio diaboli pro \*reparatione vnius de-  
narij. repositione.*
- VIII. De improprio S. Felicitatis pro quodam mendacio, li-  
cet pio.*
- IX. De miraculo cuiusdam Virginis mentiri nolentis.*
- X. De differenti visione Herluca inter supra dictam A-  
delhaidam, & sorores eius sanctimoniales.*
- XI. De VVilhelmo, & Theokario venerandis Abbatibus.*
- XII. De aduentu Herluca in Heptaticum, & patrocinijs B.  
Laurentij, & B. VVicterpi.*

X 2

XIII. De

- XIII. De cōsilio predicti *W*ilhelmi, & mora *H*erluca apud *H*eptaticum.
- XIV. De societate *D*oude, & consilio *S*igebodi *R*atinburchensis *E*remitae.
- XV. De perpetuitate castimonie eiusdem *D*oude.
- XVI. De charitate ipsius erga *H*erlucam.
- XVII. De Prophetia prioris obitus sui, quàm *H*erluca.
- XVIII. De obitu fratris *A*dalberti, secundum praesagium *D*oude, & quod solam filiam piè sefellerit.
- XIX. Quod huic falsitati, licet pia, spiritus *P*ropheticus contradixerit *H*erluca.
- XX. De patientia *D*oude, & iocunda inuectione in *H*erlucam.
- XXI. De falsis criminationibus *D*oude ad coronam sustententia ipsius commemorandam.
- XXII. De apparitione *D*omini nostri *I*ESU *C*HRI, & allocutione *B*. *V*ictorpi.
- XXIII. De melioratione *R*ichardi presbyteri.
- XXIV. De miserabili obitu *A*delhardi presbyteri.
- XXV. De igne excommunicationis.
- XXVI. De caelesti iocunditate.
- XXVII. De gratia conuertendi, & lucrandi *D*E *O* animas.
- XXVIII. Qualiter *I*udita filia *R*udberti conuersa sit ad propositum conseruanda *V*irginitatis.
- XXIX. De sancta *D*oude vidua ouinam tunicam huic *V*irgini promittente.
- XXX. De consecratione, & egrotatione eiusdem *I*udita, & alterius virginis.
- XXXI. De obitu *I*udita, & gloriosis apparitionibus.
- XXXII. De

- XXXII. De *Agnafilia Ottonis Comitis.*  
 XXXIII. De *uifione quam fimul uiderunt in Epiphania,*  
*Herluca & Douda.*  
 XXXIV. De *Prophetia & obitu Doude.*  
 XXXV. De *collectore, & conſcriptore beneficiorum B. Lau-*  
*rentij Martyris.*  
 XXXVI. De *familiaritate S. Laurentij ad ſanctam Herlu-*  
*cam, & de reliquijs ſanctorum Buridunum transf-*  
*latis.*  
 XXXVII. De *Berga, ubi Herluca uidit maximam mul-*  
*titudinem ſanctorum in celebrationibus ſan-*  
*ctorum.*  
 XXXVIII. De *Arnoldo & Paulo, & quid uterque retule-*  
*rit.*  
 XXXIX. De *perluſtratione templorum Romæ, B. Laurentio*  
*ductore.*  
 XL. De *præſcientia aduentuum Pauli.*  
 XLI. De *uifionibus, & allocutionibus non ſolum B. Lau-*  
*rentij, & VVicterpi, ſed etiam DE I Genitricis*  
*MARIAE.*  
 XLII. De *cauſa maioris dilectionis in Paulum, quàm in*  
*alios mortales.*  
 XLIII. De *comitatu Gebehardi ad Herlucam, & reſponſo*  
*B. Laurentij contra ſeparationem.*  
 XLIV. De *conuentione Pauli, & Gebehardi, ac Herluca*  
*in \* Beronica, & expreſſione prædicti re. \* Bernied.*  
*ſponſi.*  
 XLV. *Item de reſponſione B. Laurentij.*  
 XLVI. De *imaginatione S. VVicterpi.*  
 XLVII. De *ordinatione S. Magni per B. VVicter-*  
*pum.*

- XLVIII. De inquisitione corporis B. VVicterpi.  
 XLIX. De inuentione corporis eiusdem, & miraculo grauitatis.  
 L. De illatione corporis in Oratorium & positione subius altare.  
 LI. Quare sanctorum numero sociatus nondum sit dignè glorificatus.  
 LII. De sacrilegio, cecitate, & illuminatione Hartmanni presbyteri.  
 LIII. Quod B. VVicterpus Herlucam corripuerit, eiq; penitentiam imposuerit.  
 LIV. De consimili B. Altonis in sanctimoniam suam (correctione.)  
 LV. Qualiter intelligenda sit responsio B. Gregorij Papa ad Augustinum.





# INCIPIIT VITA B. HERLVCAE VIRGINIS.

## I.



GITUR beatissima Virgo Herluca ex Alamannorum, seu Sueuorum stirpe progenita, diem natalem habuit in feria sexta circa *Natalis Herluca.* Natiuitatem S. Ioannis Baptistæ; quod in

<sup>a</sup>præsignatione futuræ illius parsimoniæ sagaces allufores dixerunt accidisse, nimirum propter tempus ab- *a forte, præsignationem.* stinentiæ.

II. Verùm pubertatis annos adorsa, libenter volebat ingredi vias sæculi, sed, *Infirmitas Herluca.* DEO gratias, retenta est in manu forti. Graui namque, & longa corporis ægrotatione contracta, inter patiendum quidem vanam esse iudicauit adolescentiam & voluptatem: sed tandem cōualescens iterum cœpit conformari dilectoribus huius mundi. Rursum durius prostrata, tardius quidem, sed tamen in spem vanitatis resurrexit. Tertia vice am- *bf. cecitate statuit saculo &aledicere.* borum luminum <sup>b</sup>percussa, digitoque DEI tacta, perfectè mutauit mentem pariter, & vestem.

III. Posthæc in visione commonita, vt pro restitutione vnus oculi orbē cerum dirigeret ad memoriam *En & sum anathematum ad Memorias Martyrum.* pre-



preciosi Martyris Cyriaci, obsecundauit, & acutissimā aciem vsq; in finem perseuerantem impetrauit, in hoc valdè mirabilem, quod neque plurimis lacrymis, neque subtilissimis Operum studiis cederet.

IV. Ex tunc habere cœpit sollicitudinem infantium, vt matres & nutrices, in lauandis eorum capitibus, & consuendis eorum vestibus, aliisque necessariis exhibendis.

V. Adelhaidis vxor Manegoldi Comitis Palatini, de castello quod Moropolis dicitur, mulier valdè religiosa, vt pote sectatrix sororum suarum electarum **C**H**R**I**S**T**O** Virginum, quarum vna Wielica, altera vocabatur Hiltiburgis, quarum etiam mira post obitum gloria Beata Herluca diuinitus ostensa est. Hæc, inquam, eandem Herlucam sibi assumpsit in adiutorium pernoctandi in oratione **D**E**I**. Quadam ergò nocte malignus spiritus volens eis pauorem immittere, & sacris vigiliis illudere, tetrâ, sicut eum decebat, indutus specie, exstinxit lumen, quod vnicum erat in Oratorio: quod cum Herluca reaccendisset, iterum exsufflauit. Illis verò vehementius orationi incumbentibus, superari se dolens inimicus, tanto cum fragore discedens permouit castellum, quo funditus euersum iri timeretur: & seculares quidam repentino sonitu expergefatti, & nimis attoniti, diuersas opiniones tam in ipsa nocte, quàm in sequenti die super insolita quassatione conferebant. Porro sanctæ vigiles se quidquam inde scire dissimulabant: tamen si Herluca signum periculosi tumoris acceperat in facie ex maligni spiritus afflatione.

VI. Similiter ei ante paucos annos etiam Beronica contigit: quando more suo Canonicas vigilias præocupans, Ecclesiã singularis expetiit, in riuulum quoque malo-

molarem vel tunc, vel alia vice ab eodem maledicto detrusa.

VII. Quodam etiam tempore exprobrauit ei idem aduersarius, quod gazophylacium suum fecisset in foramine muri: vbi certè non nisi vnum denarium reposituerat, quem in charitate à quadam matrona acceperat.

VIII. Acceptabilius inproperium fecit ei S. Felicitas, mater septem filiorum, super quodam mendacio, licet pio: quo videlicet protexerat ancillam quandam ab ira dominæ suæ. *Male, inquit, fecisti, polluendo labra tua qualicumq; mendacio. Non enim sufficit Virgini sola abstinentia viri: nisi quantum sapere potest, abstinens esse velis omnis mendacij. Nam, vbi veritas corrumpitur, corporalis integritas non magni penditur.*

IX. Opportunum hîc videtur introducere narratiunculam ipsius *Herluca*, de quadam Virgine penitus mentiri nolente. Huius itaque fratri assultum quadam die facientes inimici, fugere eum cõpulerunt in ædem, quæ fortè posita erat iuxta sororem. Porro illi opinione ducti magis, quàm visione, venerunt ad eandem sororem, eamque interrogauerunt, si præcurrens homo illuc intrasset. At illa nec pro fraterno periculo mentiri volens, intrauit, inquit: ipsi verò exultâtes in spe pessima, intrauerunt ad perdendum eum. Sed CHRISTO, qui Veritas est, propitiante, & sui dilectionem in germani tutela honorante, cum omnia præter ipsum cernerent, ipsum non solum lædere, sed etiam aspicere, diuinitus prohibiti sunt.

X. Nec hoc prætereundum, quod ipsa *Herluca* narrauit, se in spiritu vidisse dictam Adelhaidam Palatini Comitis vxorem in amœna quidem regione degen-

Y tem,

tem, sed longè ab illa virginali, quam præsignauimus, sorore ipsius claritate differentem. Nam & pauxillum nebulæ videbatur habitaculum eius aspergere ad designationē videlicet transactæ conuersationis mundanæ.

XI. Habebat tunc temporis *Herluca* probatissimos sacri propositi monitores, beatum scilicet <sup>a</sup> *Wilhelmū* *Hirsaugiensis* monasterij *Abbatem*, patrem, eiusque discipulum <sup>b</sup> *Theocarium*, quem post *Abbatiam* *S. Georgij*, *Metensem* *Episcopatum* sanctitate, & doctrina illustrasse cognouimus, ipsumque post obitum *Cluniaci* sepultum miraculis claruisse comperimus. Adhuc enim in eorū <sup>c</sup> *competis* ultra *Danubium* comorabatur.

XII. At postquam nobiles <sup>d</sup> *alumnos* suos *Rutbertum*, & *Hadiuigam* fortè comitata deuenit in ripā *Lyci* fluminis ad locum magnæ antiquitatis, qui vocatur *Eptaticus*, tantam suauitatem protinus degustauit in patrociniis beatissimi *Leuitæ Laurentij*, cuius inibi *Ecclēsia* est, & *sancti Wiſterpi Augustensis* quondam *Episcopi*, cuius ibidē corpus in *Oratorio sanctæ DEI GENITRICIS MARIE* sub altari locatum quiescit, ut prædictis alioribus suis ad propria reuertentibus, nullatenus cum eis redire consenserit. *Irascebātur* quidem *caruales* *patroni*, nec residuè quidquam disponebatur *alimenti*: sed *spiritualis* *consolator* *Wiſterpus* apparens ei blandiebatur dicens: *Mane hīc mecum, filia, & ego, quidquid te offenderit, remouebo.*

XIII. Præfatus quoque *Vilhelmus* *Abbas* consiliū ei dederat, ut in quocunq; loco diuinam magis experiretur *dulcedinem*, in eo quàm maximè longam faceret *conuersandi* *stabilitatem*. Tales ergò *duces* *secuta* *continuaui* *habitationem* *sua* *Eptatici* *plus* *minus* *triginta* *sex* *annos.*

XIV, So-

<sup>a</sup> De quo multa *Trithemius* in *Chron. Hirsaugiensi*. Et supra in *Notis ad Vitā Greg. VII.*

<sup>b</sup> *Trith. Dietgerus.*

<sup>c</sup> *fort. compitis.*

<sup>d</sup> *pro alioribus capienda vox.*

XIV. Sociavit ei **D E V S** in primis mulierem indigenam nomine Doudam excellentissimæ pietatis, & castitatis æmulam, utpote Sigibodi Reytenbuchensis Eremitæ neptem, discipulam. Nam cum adhuc virgo ad eam salutaribus monitis instruenda venisset, ille quidē se dixit optare, quatenus possibile foret, in virginitate permaneret; sed, quia minimè speraret à propinquis eius hoc toleratum iri, consilium se dare, iugiter per septennium abstinendi à concubitu maritali, ex quo se primum sensisset imprægnari. Nam, ex quo filiam, nomine Charopolim, deuotā **C H R I S T I** Virginem, quæ nunc spiritualis matris *Herluca* sepulchrum die noctuq; lacrimabunda obambulat, feliciter se concepisse persensit, septennem continentiam, consentiente marito, compleuit; eidemq; denuo copulata, postquam filij sui nomine VValterij grauedinem in utero deprehendit, ad torum coningis vltterius, ut creditur, non repedauit.

XV. Iuuit castimonix perpetuitatem primitus falsa suspicio mariti de crimine incaestuosi adulterij, cuius purgationem subsecuta est tanta infirmitas eiusdem viri, ut tempus longè fiendi ab amplexibus facile posset agnosci.

XVI. Hæc igitur in solatium derelictæ *Herluca* diuinitus accersita, tam strictè eam charitatis vlnis amplexata est, ut ei syncerum matris affectum, & filix vocabulum mira cum suauitate impertiuerit.

XVII. Si quando asperiori vestimento *Herluca* vestiri voluisset ad carnem, parcens ei Douda, suis illud potius castigationibus adaptauit, prædixitque satis eam maturè talibus vsuram, longè se prius, quàm illam obituram; quod quidem ita euenit.

Y 2

XVIII. Ve-

XVIII. Verùm cùm in multis manifestè Prophetiæ spiritum habuerit, verbi gratia, in obitu fratris Adalberti de Reitenbuch, qui cum ab ipsa bene valens discessisset, secundum præfagium ipsius, in proxima hebdomada migravit ex hac vita; in hoc putamus pietatem eius, libenter prudenterque fefellisse, quod filia suæ *Herlucam* dixit superstitem fore, ne videlicet eam supra modum torqueret longa præscientia desolationis suæ.

XIX. Hoc ita se habere cùm sæpe *Herlucam* audierimus dicere, non arbitrati fuimus eam prophetare, sed optare. nunquam enim vidimus illam nisi cupientem dissolui, & esse cum CHRISTO.

XX. In tanta verò patientia possidebat animam suam mitissima Douda, ut interdum *Herluca* videretur esse magistra. Nam, quod relatu iocundum est, dum quadam die de Ecclesia exisset *Herluca*, & algore turbata minus serenum vultum repræsentaret, imò repertos in foco titiones huc, & illuc, velut irata, disiectaret, consuetis eam blandimentis excepit, dicens: Vbi fuisti filia, & vnde venis? In Ecclesia, inquit, fui, & inde venio. Respondit: non credo. quia, si ibi fuisses, & inde venisses, suaviorem orationis fructum inde retulisses.

XXI. Piget verò, & pudet dicere quantis criminationibus tanta innocentia Doudæ pulsata sit, quas omnes, veluti medicinas animæ, stupenda æquanimitate sustinuit. Tamen, quia pro veris criminibus grauitè notandus est continuò presbyter Eptatici Richardus, dicatur & hoc ad coronam Doudanæ sustententiæ, quod falsò dictus est cum tam sancta foemina stuprum frequentasse.

XXII. Hic

XXII. Hic est enim, cuius & in vita GREGORII VII. *talem fecimus mentionem, quod videlicet Dominus noster IESVS CHRISTVS eius denotans incontinentiam, HERLVCAE vigilantibus, & fortè singulariter in aedificula sedenti, clara die cum vulneribus sanguine manantibus apparuit; nihilque dicens post momentaneam stationem evanuit. Secutus eum fuerat Beatus Præsul Wisterpus; qui paulò diutius subsistens, interrogavit eam dicens: Nunquid exhorruisti cruenta vulnera Salvatoris? Verè, inquit, exhorruisti. Ait: Non vis eum unquam taliter videre? Respondit: Nolo Domine. Noli ergò, inquit, ulterius audire missam Richardi presbyteri.*

*Leguntur hæc in vita Gregorij VII. non procul à fine. Ex quo intelligitur eundem esse auctorem Historiæ de Greg. VII. & de Herluca.*

XXIII. Post hæc tamen adeò melioratus est idem Sacerdos per assiduas increpationes, & exprobrationes Herluca, quòd in fine suo, magnas ei gratias egit de spe liberationis suæ.

XXIV. Illud etiã in gestis\* *Prænominati Pape cõmemoratum non pigritabor hîc repetere, quod videlicet quadam die, præsentibus Domina Hadeuiga, dum fortè per fenestram \* expectaret Herluca, subito percussus pectus suum, dixit: Va, Va, Va, quod unquam creatus est homo. quod \* contra, Domina ait: At at quid habes? Anima, inquit, Adalberti presbyteri de Rota cum magna demonum violentia ducitur ad supplicia. Cumque non hoc ita esse optaret herã: Mittatur, ait Herluca, & probetur. Missum est; & exitum eius visioni convenisse probatum est.*

*\* GREGORII VII.*

*\* f. prospecta- ret.*

*\* MSS habet quo Legend. quod, per anastrophem, pro, contra quod.*

XXV. Vidisse eam aliquando ipsa quoque supplicia Tartari, inde conieci, quod pro certo dixit, nullum apud inferos ignem ardentiorum esse, igne excommunicationis.

XXVI. Porrò, quod de cælesti iocunditate nonni-

hil præuiderit, feruentissimum desiderium eius ostendit. Audiui eam inuocare DEVM testem, quòd nunquam tam atrocem alicuius, Martyris passionem comperisset, quin eam libenter pateretur, eo pacto, quòd dissolueretur, & esset cum CHRISTO.

XXVII. Quantam verò gratiam in conuertendis, & lucrandis DEO animabus habuerit, nullus sermo explicare poterit: Supradictus Rudbertus Hadeuigæ maritus, & ipse tandem per crebras exhortationes eius vnà cum coniuge ad cælibem vitam conuersus, affirmare non dubitauit, nunquã. præter sanctam MARIAM, sibi, & suis aliquam fœminã tam utilem fuisse, quã *Herluca*.

XXVIII. Habuit idem Rudbertus filiam pulcherrimam, vocabulo Iuditam, quæ huiusmodi occasione conuersa est ad propositum conseruandæ Virginitatis. Cùm diu blandita fuisset ei Herluca, quatenus immaculatam se custodiret ab hoc sæculo, & nuberet CHRISTO: sed ipsa nihil ad beneplacitum respondisset, fortè contigit, vt post septuagesimalem vesperam, in qua plurimi dimittere solent, *alleluia*; egressis omnibus, ipsæ duæ remanerent in Ecclesia, & audirent suauifona Beatorum spirituum Cantica nihilominus cum *alleluia*: qua de re vehementer exultans puella excurrit annunciare Dominæ Hadeuigæ, quatenus & ipsa festinaret particeps fieri cælestis harmoniæ. At illa, *unde*, inquit, *ego peccatrix digna fieri possem tam herili auditione? Tu potius filia velociter reuertere, & beatæ auribus sanctorum iubilationes diligenter percipe.* Quid multa? dum finirentur suprema modulamina, finita sunt pariter & infima felicitæ desideria, omnemq; speciem sæculi parata relinquere, & sanctum Sanctorum toto corde diligere, dixit Herluca: *O Herluca, quidquid amodò volueris, & iusseris, libentissimè faciam.*

XXIX. Tar-

<sup>2</sup> *Alluditur ad  
Vocem Germanicam,  
herlich.*

XXIX. Tardante autem desiderium eius Hadeuiga super mutatione habitus eius, ventū est ad piissimā, & religiosissimam viduam nomine Doudam, cuius filius erat Vdalricus de Corninga, vir expectabilis genere, fortitudine, & proceritate, huius ergo cognoscens virginalem affectum ex dulcedine cælestis melodiæ conceptum: *non sit, inquit, tibi filia cura, quod Hadeuiga super sedis tibi sacrum mutatorum dare: quia ego te vestiam*  
omnium tunicarum valdè bona,

*a melote.*

XXX. Qua protinus Iudita, non multò post sacro velamine à venerabili<sup>b</sup> Vdalrico Pataviensē Episcopo tunc apud Reitenbuch hospitante, & Heinricianā persecutionem declinante cōmunita, eòdem anno vsq; ad mortē est infirmata. Cumq; & ipsa, & alia virgo nomine Luikardis, quæ fuit *Herluca* neptis, languore inualescēte, decubissent in lectulis, audita est inter eas altercatio iocunda de prioritate migrandi ad cælestia regna. Vtraque enim obtendit qualemcunque causam, quare præire deberet sociam.

*b De hoc in Vita Gregorij VII. ad finem. Vbi & annus mortis eius notatus.*

XXXI. Interea Iudita defuncta in cœmeterio monasterij, quod fons<sup>c</sup> Wessini dicitur, est sepulta, & exinde apparuit *Herluca* cum magna gloria.

*chodie per Anastrophem, VVessebrun.*

XXXII. Denique semel interrogavit eam, si qua viueret futura compar eius in tanta claritate. *Viuir, inquit, Agnes, Comitū Ottonis de Daninga in Admontensi Cœnobio Virginum conclusa.*

*Besslo, qui & Vesslo, ab occidente cognominatur, fuit venator Thefaloni tertij, à quo Vessobrunna cœnobium superioris Bavarie nomen habet, inquit Auentinus in suo Glossario. d Vigiliarū festi trium Regum & suis.*

XXXIII. Præsens festiuitas Theophaniæ monet me reuelationē in Theophania factam repetere, quā & hodie locutus ad plebē commemoravi, & post agnitū *Herluca* transitū Karopoli scriptam destinavi. Cum adhuc felicitis memoriæ Douda, mater Karopolis, viueret, ipsa & *Herluca* sanctissimā<sup>d</sup> noctem Theophaniæ quadā vice per uiligem in orationib. duxerūt. Tū verò beatissimus

Leui-



Leuita Laurentius, vultu splendidus, veste rutilus cum magna sanctorum multitudine introiens in Oratorium DE I genitricis, sanctiq; Wictorpi confessoris, approximaui Herluca, ei que blandiens ait: Noli filia deinceps esse sollicita super Baldeberti Patris tui animam: quoniam precibus tuis adiuta, luce fruitur perpetua. Post haec coeperunt inter se pia humilitate contendere, & neutra sibi, sed altera alteri meritum visionis attribuere.

XXXIV. Ex tunc praesagire, & omni studio pietatis praemunire sine suum Douda coepit; qui eam in proximo festo S. Matthiae Apostoli paratissimam, DE O gratias, inuenit.

XXXV. Libet autem occurrentia memoriae beneficia praenominati Martyris in vnum colligere, eaque duntaxat, quae videntur ad instantem materiam respicere, quo, si forte in manus Romani Collectoris hoc opusculum peruenerit, cum ante paucos annos Romae positus, pollicitus sum additum ire, in promptu habeat collectam promissionis meae. Erat enim tunc in agro Verano, vbi videlicet corpus praclarissimi Martyris requiescit, nouicius quidam collector, & conscriptor beneficiorum eius, quae modernis temporibus accidisse compererat in diuersis mundi partibus.

XXXVI. Itaque tantam familiaritatem exhibuit S. Laurentius S. Herluca, vt raro se dixerit absque ipsius apparitione, atque deductione Sacramenta Dominici corporis, & sanguinis accepisse. Huius tamen dicti prima occasio data est in loco, qui dicitur *Berga*, vbi nuper multas, & magnas reliquias inuenit, & in eremum asportauit Henricus<sup>a</sup> Bureburgensis Praepositus, annuente Ottone vtriusque habitationis defensore. Pater namq;

cius

<sup>a</sup> *Beurberg* seu  
*Peilberg. Monasterium Canon. Regul.*

eius Adalbertus vicinæ munitiois Dominus, à qua dicebatur<sup>a</sup> Iringopolitanus, vehementer effloruerat in gratia quarti Heinrici diu pessimè regnantis propter peccata populi, ideoque apud Præfules, & Abbates impetrabile ei fuit, quidquid expetiit. Tanto ita collectore non mediocriter ditatus est Sanctorum cineribus, & ossibus locus ille.

*a Dominus de Iringsburg. Vide Hund. de Monast. Bavarie. Vocatur etiam castrum Iringi.*

XXXVII. Illuc ergò conducti charitate ad curandam sepulturam, sororis Gepe inuitè tunc absentis Cunradi eremitæ, qui auctor extitit Buribergensis cellæ, præfatus videlicet Henricus, & Domna Bertha mater Ottonis. Ego quoque Paulus, & Gebhardus, alumnus meus, occurrentem nobis magno cum gaudio suscepimus suauissimam Herlucam: quæ cum non solum pro tractatu funeris contristaretur, sed etiam pro festo S. Iacobi, quod tunc instabat, spirituali nobiscum lætitia iocundaretur, interfuit missarum celebrationi, quæ agebatur in veneratione eiusdem Apostoli. Cumque ventum esset ad Canonem, candentem videre cœpit spirituum iustorum multitudinem, ut non solum Ecclesiam, sed etiam tectum eius, & atrium repleri cerne-  
ret, sacerdotalibus quoque vestibus nonnullos<sup>b</sup> ince-

*\* MSS. infeldisse.*

XXXVIII. Et hæc quidem insinuare curavit Arnoldo Paulostatensi, religioso viro & nobili, per quem & ego cognoui, intendens ei commendare personam multorum derogationibus addictam: mihi autem nihil horum, sed hoc tantum discessuro à se, quasi pro viatico retulit, quod & ipsa die, & multotiens antea Beatum Laurentium sacræ cõmunionis ducem habuerit.

XXXIX. Eodem etiam ductore perlustravit in spiritu, quadam vice, quidquid templorum est Romæ.

Z

XL. Olim

*à pro. contu-  
bernalibus.*

XL. Olim cum plus integro anno demorater cum venerabili Sigeboto tunc Eptatici presbytero; postea vero *Beronicensi* Præposito, post secundam visitationem meam præscire cœpit in nocte, & suis<sup>a</sup> contectalibus primo mane prædicere, quotiescunque Lycum transi-  
turus, & ad eam venturus eram in die. Adhuc enim habitavit hospes meus in Norica ripa fluminis; eo quod in ipsa minus sustineret à superuenientibus importunitates.

XLI. In duabus autem huiuscemodi visitationibus meis reminiscor Herlucam visionibus, & allocutionibus non solum Beati Laurentij, & Wisterpi, sed etiam gloriosæ DEI GENITRICIS MARIÆ lætificatâ fuisse, & audisse quædam obliuioni tradita, quædam propter infirmas mentes silentio velanda. Veruntamen ex tunc cœpit me peccatorem vehementer, ut ipsa iuravit, in CHRISTO diligere, & nulli mortalium plus, quàm mihi de secretis suis credere, magni faciens, quod per aduentum cæcitatæ & surditatis nequaquam fraudata fuisset tantarum reuelationum suauitate.

*h Huius Vdal-  
rics meminit  
quoq; tanquã  
insignis Sici,  
Paulus in Vita  
Greg. VII. non  
procul à fine.*

XLII. Ego iam dudum animaduerti, hanc, illa nesciente, rationem fuisse tantæ erga me dilectionis suæ ex occulta diuinitatis instigatione, quod præ omnibus declaraturus essem ipsius sanctitatem. Talis præsignatio charitatis extitit erga Seuerum Sulpitium in B Martino; erga Adalbertum Ratisponensem Inclusum in moderno<sup>b</sup> Vdalrico Cluniacensis attinentiæ apud Sueuos Præposito, quorum alter composuit, alter precem, materiam, sumptumque dedit ad componendam vitam sui dilectoris.

XLIII. Tertia visitatione mecum ad Herlucam Gebhardus alumnus meus, iam mihi per quinquennium domi,

domi, forisq̄ue sociatus, & apud eam protinus, tanquā  
in spiritu pr̄uisus, inuenit gratiam: perrexit autē pr̄-  
ter voluntatem meam: quoniam separationis consili-  
um capessebam, Nimis enim grauatus eram Ratispo-  
nensium Clericorum infestationibus, qui me, velut au-  
ctorem molestiarum suarum, odio habebant, & pro-  
pter irreprehensibilem<sup>a</sup> eius vitam, & linguam veridi-  
cam. Vix ergò, & tardè solitariam adeptus Herluca cō-  
uentionem, rogauit eam, quatinus diuinam mihi pre-  
cibus suis perquireret voluntatem. At illa vigilantius  
orans, subito vidit sibi approximare Beatum Laurenti-  
um comitante B. Wisterpo, audiuitq̄ue dicentem: *ad-  
huc nolo te discessionis consilium dare*. Hoc autem dixisse  
B. Laurentium latuit me vsq; ad quartum decimum  
annum.

*Paulus multa  
passus est quod  
schismaticis  
Henricis quar-  
to & quinto  
Regibus, seu  
tercio & quar-  
to Imp. adha-  
rere nollet.  
a Videtur hac  
Socula delen-  
da.*

XLIV. Tunc enim & pr̄dictæ societatis biga quin-  
ti Heinrici persecutione Ratispona depulsa, & Herluca  
sceleratorum rusticorum furoribus ab Hepratico de-  
cussa,<sup>b</sup> conuenit in Beronica; egoq̄ue retractans, quod  
firmiter mihi dissuasisset pr̄notatam disiunctionem,  
& nullam reddidisset rationem, supplicauit ei, vsque ad  
pr̄dictæ visionis expressionem: sponte verò sua nar-  
rauit, quod subiungo.

*Pellitur Pau-  
lus cum Geb-  
hardo suo Ra-  
tisbona.  
b conuenimus.*

XLV. Dum fortè oraret pro quodam familiari suo  
in aduersitatibus posito, quo citius eum DEVS cle-  
mēter eriperet ex hoc mundo, apparens ei Beatus Lau-  
rentius subintulit: *Oportet eum prius maiorapati.*

XLVI. Insequenti die rursus oranti, apparuit sæpe  
dictus Wisterpus Episcopus, & velut exponens, quod  
pr̄die dixerat B. Laurentius, pr̄signati hominis repre-  
sentauit imaginem talia patientem, qualia & leguntur  
de Iacobo Interciso, & referuntur de<sup>c</sup> Theodomaro lu-  
uau-

*c De hoc in Vi-  
ta Greg. VII.*

*à pro. contu-  
bernalibus.*

XL. Olim cum plus integro anno demorater cum venerabili Sigeboto tunc Eptatici presbytero; postea vero *Beronicensi* Præposito, post secundam visitationem meam præscire cœpit in nocte, & suis<sup>a</sup> contectalibus primo mane prædicere, quotiescunque Lycum transi-  
turus, & ad eam venturus eram in die. Adhuc enim habitavit hospes meus in Norica ripa fluminis; eo quod in ipsa minus sustineret à superuenientibus importunitates.

XLI. In duabus autem huiusmodi visitationibus meis reminiscor Herlucam visionibus, & allocutionibus non solum Beati Laurentij, & Wisterpi, sed etiam gloriosæ DEI GENITRICIS MARIÆ lætificatâ fuisse, & audisse quædam obliuioni tradita, quædam propter infirmas mentes silentio velanda. Veruntamen ex tunc cœpit me peccatorem vehementer, ut ipsa iuravit, in CHRISTO diligere, & nulli mortalium plus, quàm mihi de secretis suis credere, magni faciens, quod per aduentum cæcitatæ & surditatis nequaquam fraudata fuisset tantarum reuelationum suauitate.

*h Huius Vdal-  
rics meminit  
quoq; tanquã  
insignis Sici,  
Paulus in Vita  
Greg. VII. non  
procul à fine.*

XLII. Ego iam dudum animaduerti, hanc, illa nesciente, rationem fuisse tantæ erga me dilectionis suæ ex occulta diuinitatis instigatione, quod præ omnibus declaraturus essem ipsius sanctitatem. Talis præsignatio charitatis extitit erga Seuerum Sulpitium in B Martino; erga Adalbertum Ratisponensem Inclusum in moderno<sup>b</sup> Vdalrico Cluniacensis attinentiæ apud Sueuos Præposito, quorum alter composuit, alter precem, materiam, sumptumque dedit ad componendam vitam sui dilectoris.

XLIII. Tertia visitatione mecum ad Herlucam Gebhardus alumnus meus, iam mihi per quinquennium domi,

domi, forisq̄ue sociatus, & apud eam protinus, tanquā  
in spiritu pr̄uisus, inuenit gratiam: perrexit autē pr̄-  
ter voluntatem meam: quoniam separationis consili-  
um capessebam, Nimis enim grauatus eram Ratispo-  
nensium Clericorum infestationibus, qui me, velut au-  
ctorem molestiarum suarum, odio habebant, & pro-  
pter irreprehensibilem<sup>a</sup> eius vitam, & linguam veridi-  
cam. Vix ergò, & tardè solitariam adeptus Herluca cō-  
uentionem, rogauit eam, quatinus diuinam mihi pre-  
cibus suis perquireret voluntatem. At illa vigilantius  
orans, subito vidit sibi approximare Beatum Laurenti-  
um comitante B. Wisterpo, audiuitq̄ue dicentem: *ad-  
huc nolo te discessionis consilium dare*. Hoc autem dixisse  
B. Laurentium latuit me vsq; ad quartum decimum  
annum.

*Paulus multa  
passus est quod  
schismaticis  
Henricis quar-  
to & quinto  
Regibus, seu  
tercio & quar-  
to Imp. adha-  
rere nollet.  
a Videtur hac  
Socula delen-  
da.*

XLIV. Tunc enim & pr̄dictæ societatis biga quin-  
ti Heinrici persecutione Ratispona depulsa, & Herluca  
sceleratorum rusticorum furoribus ab Hepratico de-  
cussa,<sup>b</sup> conuenit in Beronica; egoq̄ue retractans, quod  
firmiter mihi dissuasisset pr̄notatam disiunctionem,  
& nullam reddidisset rationem, supplicauit ei, vsque ad  
pr̄dictæ visionis expressionem: sponte verò sua nar-  
rauit, quod subiungo.

*Pellitur Pau-  
lus cum Geb-  
hardo suo Ra-  
tisbona.  
b conuenimus.*

XLV. Dum fortè oraret pro quodam familiari suo  
in aduersitatibus posito, quo citius eum DEVS cle-  
mēter eriperet ex hoc mundo, apparens ei Beatus Lau-  
rentius subintulit: *Oportet eum prius maiorapati.*

XLVI. Insequenti die rursus oranti, apparuit sæpe  
dictus Wisterpus Episcopus, & velut exponens, quod  
pr̄die dixerat B. Laurentius, pr̄signati hominis repre-  
sentauit imaginem talia patientem, qualia & leguntur  
de Iacobo Interciso, & referuntur de<sup>c</sup> Theodomaro lu-  
uau-

*c De hoc in Vi-  
ta Greg. VII.*

uauienti Episcopo, quorum videlicet vterque membratim casus fuisse memoratur: ille, temporibus antiquis; iste, modernis.

XLVII. Nunc stylus noster singulariter vertendus est ad Beatum VVicterpum, si forte compensare possim aliquam negligentiam maiorum. Nam à diebus S. Magni Confessoris, quem idem Præsul apud Eptaticum primitus vidit caelesti lumine coronatum, & paulò post ibidem gratulabundus ordinauit presbyterum, nullatenus eius mentionem vel audiendo, vel legendo suscepimus, vsque ad tempora sanctæ Herlucae, excepta duntaxat translatione, quam senes, qui viderant ipsi Herlucae sic referre solebant.

XLVIII. Henricus Augustensis Episcopus, indicens triduanum ieiunium, cōgregauit maximam multitudinem Clericorum, monachorum, & laicorum: & veniens Eptaticum cum crucibus, reliquiisque Sanctorum, aperuit Beati Pontificis sepulchrum, sed non inuento corpore, contristatus est valdè. Tandem percunctatione habita, repertus est, qui diceret, se suspicari furtiuè sublatum fuisse à quodam presbytero malæ conscientiae, propter offensam tantæ sanctitatis contremiscente, retroque altare S. Laurentij collocatum esse: eo quòd ipse puerulus patrem suum villicum, & eundem presbyterum nocte quadam secutus fuisset, ac tale quid molitos audisset.

XLIX. Verùm cum per hanc indaginem prænominatus Antistes antiquum prædecessorem suum latissimus inuenisset, & versus Augustam ducere cœpisset, tanto pondere fixus est repente, vt penitus moueri nequiuerit à tanta, quæ aderat, multitudine. Nolebat enim antiquam familiam suam corporalis præsentiae  
sola-

folatio destituere : quamuis eam , dum vixit , de suo transfuderit in dominium sanctæ DEI GENITRICIS MARIÆ.

L. Quod etiam translator animaduertens , reduxit eum in Eptaticum , miraculo<sup>a</sup> inleuitatis conuerso in miraculum , illatumque Oratorio , quod prænotatus miserabilis presbyter nefanda pollutione profanauerat. & ideo sanctum corpus extulerat , & imposuerat vas lapideo , cuius vsus accommodatus fuerat baptismo , super quo illud altare constructum dedicans , totam domum debita purificatione sanctificauit.

*a hoc est, ponderositatis, seu grauitatis.*

LI. Itaque sanctorum numero sociatus B. Præsul VVicterpus, utpote sub altari, secundum Apocalypsin B. Iohannis Euangelistæ, Martyrum CHRISTI collocatus, propter exilitatem tamen loci, & imperitiam sacerdotij, nondum dignè est glorificatus. Quidam enim nec depositionis eius diem hætenus agnouerunt, cum apertè legatur in vita S. Magni, quod obierit in quarta decima diè Kalendarum Maij.

*Apocal. 6.*

LII. Ex hac imperitia, vel incuria processisse puto, quod Hartmannus presbyter Eptatici, idemque Præpositus apud Augustam Canonicorum S. Mauritij, sacrilegium non timuit in libris B. VVicterpi committere; vnde eum & lumen oculorum contigit amittere. Verùm de hoc magna DEI miseratio, magnumque meritum S. Pontificis enituit: quod quamuis alienata volumina nec restituere, nec recompensare valuisset; cum ex corde pœnitenti, & oculis lacrymosis DEO, suoque Confessori supplicando satisfecisset, præsentem Herluca visum recepit, & gratias egit.

LIII. Quadam etiam vice corripuit ipsam *Herlucam* B. VVicterpus in visione, eo quod naturalem infirmitatem,



*Legō S. Grego-  
rium in Respo-  
sis ad Augusti-  
num Anglorū  
Episcopum lib.  
12. Regest.  
Epist. 31. quast.  
11. S. Thom.  
3. p. 980. a. 7.  
a Altmünster  
in Bauaria.*

*Exempla hac  
sunt extraor-  
dinaria, nec  
trahenda in  
consequentiā.*

tatem, quamvis rarissimam, & breuissimam experta, sanctuarium fuisset ingressa, licet missa à Domina Hadeuiga, pro re nescio qua; imposuitque ei ante introitum Oratorij tres Dominicæ Orationis recitationes, & totidem geniculationes.

LIV. Pro simili delicto seuerius se vindicauit in quadam sua Virgine Beatus Alto, à quo nomen est<sup>a</sup> Altonis monasterio: nec immeritò. Nam cum ei per nocturnam visionem interminatus fuisset, vt tali tempore chorum non intraret, si iudicium vltionis euadere desideraret, post primam, & nisi fallor, secundam admonitionem inobediens reperta, in tenebras exteriores ad hanc vitam duntaxat pertinentes, missa est.

LV. Ex his coniectari potest, Responsum B. Gregorij Papæ ad Augustinum super infirmitate non fuisse generalem totius Ecclesiæ regulam, sed specialem

solius Anglorum gentis in nouella Christianitate misericordiam.

F I N I S.



CÆSAR

CAESAR  
BARONIVS  
S. R. E. CARDINA-  
LIS AMPLISSIMVS.

∫  
RATIONALIS CALVINIA-  
NI CRIMINATIONIBVS VINDICA-  
TVS, *Et in eo cum alijs Pontifices Ro-*  
*mani, tum GREGO-*  
*RIVS VII.*

PER  
IACOBVM GRETSERVM,  
SOCIETATIS IESV  
THEOLOGVM.

INDEX

CASSAR  
B. A. R. O. N. I. V. S.  
S. R. E. C. A. R. D. I. N. A.  
I. S. A. M. P. L. I. S. S. I. M. I. S.

ATION L. S. C. A. I. N. I. N. I. S.  
I. S. A. M. P. L. I. S. S. I. M. I. S.  
I. S. A. M. P. L. I. S. S. I. M. I. S.  
I. S. A. M. P. L. I. S. S. I. M. I. S.

I. S. A. M. P. L. I. S. S. I. M. I. S.  
I. S. A. M. P. L. I. S. S. I. M. I. S.  
I. S. A. M. P. L. I. S. S. I. M. I. S.

INDEX



# INDEX CAPITVM

## APOLOGIÆ BARONIANÆ.

### *Præfatio ad Lectorem.*

*CAP. I. De Bulla Hadriani Pontificis.*

II. *Nugamenta Caluinistica in Epistolam Caroli Magni ad Elipandum de heresi Feliciana.*

III. *De præfatione Caroli Magni in sua Capitularia.*

IV. *Caroli Magni iuramentum pro defensione Ecclesie.*

V. *De Epistola Caroli Magni ad Pipinum filium Regem Italia; De Ecclesiastica immunitate.*

VI. *De Testamento Caroli Magni.*

VII. *De Epistola Ludouici Pij Imperatoris ad Arnonem Archiepiscopum Salisburgensem.*

VIII. *Defenditur Ludouici Pij Imperatoris Constitutio de rebus Romana Ecclesia donatis.*

IX. *De exauferatione Ludouici Pij Imperatoris.*

X. *De Concilio apud Theodonis Villam à XXII. Episcopis aduersus percussores Clericorum, occasione Ioannis Episcopi congregato, tempore Leonis III. Papa.*

XI. *De constitutione Lotharij I. Imperatoris, De electione Romani Pontificis, & legibus Romanorum.*

XII. *Constitutio de pace Confluentana sub Ludouico Iuniore Imperatore, Anni Christi DCCC.LX.*

XIII. *Epi-*

- XIII. *Epistola Ludouici Iunioris Imperatoris ad Basilium Imperatorem Constantinopolitanum.*
- XIV. *De Caroli Calui ad Hadrianum II. Pontificem Max. Epistola.*
- XV. *Acta Synodi Romana de Electione Caroli Calui Imperatoris.*
- XVI. *De Epistola Ludouici & Lotharij Regum ad Nicolaum I. Pontificem.*
- XVII. *De Conciliabulo Romano contra Ioannem XII. sub Othone I. Imperatore.*
- XVIII. *De prima Bulla Leonis VIII. Antipapa.*
- XIX. *De secunda Bulla Leonis VIII. Antipapa.*
- XX. *Othonis Magni diploma de Regalibus S. Petro concessis.*
- XXI. *Commentitia Othonis III. constitutio, eiusq. refutatio.*
- XXII. *De Henrici I. Imperatoris Constitutione.*
- XXIII. *De Henrici IV. Regis Germania iuramento.*
- XXIV. *De Conciliabulo VVormaciensi contra Gregorium VII.*
- XXV. *De Conciliabulo Brixinenst.*
- XXVI. *De Epistola Principum Imperij ad Innocentium III. de electione Othonis IV. in Imperatorem.*
- XXVII. *De Constitutione Friderici II. Imperatoris pro Ecclesiastica libertate.*
- XXVIII. *De Electorum Imperij literis, quibus fatentur Electoralem dignitatem à Sede Apostolica ad se venisse.*
- XXIX. *De Confessione Augustana.*





# LECTORI.

**A** MICE lector, non potui permittere, ut Paulus Bernriedensis solus in lucem exiret. Adiunxi Apologiam, pro optimo, doctissimo, & qua Christianus orbis extenditur, celeberrimo & illustrissimo Cardinali Cæsare Baronio, cuius in Ecclesiam & Historiam Ecclesiasticam merita, omnis posteritas predicare nunquam desistet. Hunc talē ac tantum virum nuper Calvinianus quidam iuuentulus, audaciā & impudentiā longē instructissimus, conuiciis a deo proscidit ac laceravit, ut si quis herus mancipium suum ita tractaret, non iniuriā modestiam & moderationē in eo desideraturus esses.

Queres, quidnam hominis sit iste, qui hoc facinus patravit? Audi mi lector. Est Gol-

a 2 dastus

*dastus Calvinista, qui Anno Redemptoris  
 M. DC. VII. Et M. DC. IX. Magno hia-  
 tu, & insigni fraude duo volumina edidit hac  
 inscriptione DD. NN. Imperatorum Cæ-  
 sarum Augustorum, Regum & Principum  
 Electorum S. Rom. Imperii Statuta & Re-  
 scripta Imperialia. Titulus sanè sonorus &  
 speciosus, & qui Sosis era mereat. Sed ubi  
 librū aperueris, vetus illud verbum, *ὄντορες*  
*ἄνομοι*, verum hic esse comperies: nam pro  
 Imperatoriis Constitutionibus & Rescriptis  
 sæpius inuenies maleferiarum schismatico-  
 rum & hereticorum pseudosynodica decre-  
 ta, & in Pontificem Romanum calumniarū  
 struices ex Catalogo Illyrici, aliisque mala fidei  
 & damnata memoria consarcinatoribus po-  
 tius quàm scriptoribus, desumptas, in qui-  
 bus ne umbra quidem sanctionis seu constitu-  
 tionis Imperatoriæ inest. Exempla tibi ubi-  
 que occurrent. Et vel gustus gratia accipe hoc  
 Tom. 2. fol. 2. Caroli Magni Regis, &c. Re-  
 scriptum de non adorandis imaginibus,  
 contra Synodum, quæ in partibus Græciæ  
 pro*

pro adorandis imaginibus stolidè siue arroganter gesta est à Constantino Imper. Constantinopolitano, & Herena matre Imperatrice, Datum in Concilio Francofordiensi Anno Domini DCCXCIV. *ubi quis non expectet sanctionem Carolinam post tam grandia promissa? Et tamen decipieris, si expectes: Nam pro constitutione Caroli Magni habebis prefationem in libros Pseudocarolinis, Carolo Magno per imposturam affictos, qua prefatio ignoti tenebrionis (ut & ipsi libri) ante concilium Francofordiense conscripta est, ut alibi probatum. Et tamen iste prefationem illam in sanctionem Carolinam transmutat: cuius generis technas & sutelas passim inuenies apud hunc Calvinistam, qui partim veris, partim fictitiis constitutionibus Imperialibus adiecit Commentarium, què inscripsit RATIONALE, rectissimè inscripturus fuerat: IRRATIONALE: vel propter cōiucia ab omni ratione abhorrentia, qua plenis faucibus in Illustrissimum Cardinalem Baronium exspuit: quorum, en tibi catalo-*

a 3      gum;



gum; licet non omnium, sed quorundam duntaxat: quis enim omnia enumeret? Intelliges hinc, lector, quàm hæreticis nulla sit frons, quam nullus pudor, quantus in animo typhus & fastus, omnia sibi tribuere, alijs omnia adimere consuetus. At iam vide & obstupescere Calvinianam impudentiam.

CATALOGVS CONVICTIORVM, ET SCOMMATVM CALVINISTICORVM IN ILLUSTRISS. CARD. BARONIVM.



*Fol. 4.* Baronij ἀπειθεία μετρηκιάδης in tam aperta ἀσολογία. Ibid. Scio nescire te metonymiam.

*Fol. 5.* Baronius παρελογίσει ἀνισορήτως. Ibid. Vide nunc sis mihi, Baroni, os tuum.

*Fol. 6.* Num te beo Baroni, qui te tam familiariter doceo?

*Fol. 7.* Anticyras nauiges necessum est, Baroni. Ibid. Tu Baroni, manifesto mendacio opprimeris. Ibid. vin' detraham tibi laruam, dignissimo certè qui videas? Ibid. Disce ergo à me, nec præter dignitatem tuam feceris.

*Fol. 11.* Eugepæ bellum argumentatorem.

*Fol. 12.* Meam Bibliothecam, Baroni, in tuum Breuiarium pignus do.

*Fol. 16.* Babæ, quàm bellè. Quis Stoicus, Baroni, te ita docuit διχολογῆν. Hoc unum ingenui pudoris feminium reliquisti. Cuiacius sexcentis Baroniis ἰσοεικώτερος. Vis pudendam tuam inscitiam sexcentis exemplis erudiam? Ibid. Fac syllogismum Baroni, & puer meus respondebit tibi ad formam, &c. Ecquod mihi διδάσκειν, quod Minerual dabis, Baroni; cum

te ca-

te cano isto capite reduco ad sapientiam? Ah enecas me cum tua ista ἀπειθεσία.

Fol. 18. Eò me adegit impudentia tua. Hibernus canis es, Baroni, elatrare didicisti, non odorari. Væ capiti Annalium tuorum; vbi, quæ in Maieftatem eius peccas, rescierit Imperator.

Fol. 19. Baronius multis modis imponit, ac fallit.

Fol. 21. Baronius oppeffulatam gestat frontem.

Fol. 22. Vide, Baroni, tuam ἀνισορροσίαν, & rerum adeò omnium imperitiam.

Fol. 24. Impurissimi oris Baronius. A sinus rudens. Latrans canis. Apud Baronium non nimis magna est Scripturæ auctoritas. Baronius mendaciorum architecton, & omnis periurij caput. Fruftulum Cardinalis.

Fol. 25. An hoc, qui est ingenij tui stupor, non capis?

Fol. 28. Imperitus es Baroni, non historiarum tantum, sed etiam Iuris communis. Deus bone, tam stupidum te esse, vt non videas, aut lippum, qui nolis videre, &c. Quis te Magister tam scitè, tam carè docuit σοφίᾳ δεινῶ? Nemo hoc faciet, nisi Baronio similis, id est, peruersus, impostor, & falsidicus. Rideat Baronius, dum sibi ilia rumpantur. Vide sis, Baroni, Sauaronem, vt extremam tuam inscitiam pudefaciat. Non cachinnaris tam scurrilem huius Cardinalis inficetum risum.

Fol. 29. Baronius ex Cardinali Ludimagister Orbilius factus. Vide, Baroni, quo animo in te sim affectus, qui te sic familiariter condocefaciã, aut saltem in memoriam reuocem, quæ ætate tibi exciderunt.

Fol. 31. Oblitus est Baronius veteris Prouerbij, mendaces memores esse oportere. Vide, siue incogitantiam tuam, siue fœdam ἀνισορροσίαν. Tuam impudentiã satis admirari nec queo, nec possum.

Fol. 34. Baronius periurij caput. En cor Baronianum. Incordatus es Baroni, & ius vel ignoras, vel calumniaris. Improbissima Baronij calumnia, vel stultissima ignorantia. Hic est Cardinalitij senatus assessor, qui totum terrarum orbem diiudicat. Hic est ille egregie cordatus homo. Hic ille, ex cuius scrinio  
pecto-

pectoris summus Pontifex iura, atque canones condit. Quis non rideat, Baroni, solidam tuam argumentationem. Extrema tua insipientia, an imprudentia dicam?

*Fol. 44.* Non queo satis admirari propriam, ac perpetuam in te ἀπαίδευσίν.

*Fol. 46.* Sine pudore σκωφαντής, Baroni, & insigniter iniurius es. Detrahā tibi laruam, Baroni, sub cuius velo debaccharis. Sycophanta es, Baroni. Vide sis nunc mihi os tuum Baroni.

*Fol. 47.* Hic inscitiam suam prodit Baronius. Prodis ἀνισότητάς tuam.

*Fol. 53.* Perfrica frontem Baroni, & dic te digniorem, qui annales scriberes, quàm Varronem.

*Fol. 53.* Vapula Papiri.

*Fol. 86.* Perfricuiisti frontem Baroni, qui tam impudenter fallis.

*Fol. 390.* Rational. Secundi. Utinam, utinam, Baroni, vel serò saltem sapere tibi Deus dedisset, non nunc ardentibus Furiarum tadis. Sed reprimo me. *Ibid.* Os impium & blasphemum.

*Hæcine lector tartarea conuicia in præstantissimum & eruditissimum Cardinalem Baronium iactari audis, & stomachum tenes? Ego profectò tam firmus non fui, ut nenerem. Ut vidi, exarsi, & de Apologia pro Excellentissimo viro mox cogitare cœpi; idque eò libentius, quòd viderem, me Defensione Baronij defensurum simul plures alios, potissimum Sedis Apostolica Auctoritatem, & nominatim Gregorium VII. in quem Calu-*  
nia-

nianus iste spiculis ex suo Bennone & Illyrico  
petitis, more suo solens, furiosissimè debac-  
chatur, & propter Gregorium in Baronium.  
Utinam citius volumen Calviniani huius ad  
manus meas peruenisset: Jam in Defensione  
Bellarminiana Controuersia de Pontifice, &  
in Apologia pro Gregorio VII. responsum ac-  
cepisset, quandoquidem omnia fermè, quæ in  
Baronio imperitè carpit, illic à nobis discussa  
sunt. Sed sat citò, si sat benè. Ita Deo placuit,  
ut Paulo Bernriedensi, hæc Apologia comes  
in publicum exiret: Egoq; de thesauro Catho-  
licæ veritatis proferrem noua & vetera: no-  
ua; mea hæc Apologetica scripta; vetera;  
Pauli præclara monumenta, Schismaticorum  
& Hæreticorum in Gregorium VII. lædo-  
riis & pseudologiis refutandis conuenientissi-  
ma.

Illud perquam ridiculum est, quod Calui-  
nista in suo Irrationali scribit. Equidem Ca-  
tholicus sum; & præ me fero. ( Si Catholi-  
cus es, ostende fidem tuam toto terrarum orbe  
diffusam; ostende ubi immediatè ante Calui-

b

num

num fuerit. In qua ciuitate; in quo pago; in qua villa, in qua domo.) Sed religionem amplector procul habitis inani fuce & superstitione, (illam nimirum, quam Calvinus in Sabaudia, & Zuinglius in Heluetia procudit; si tamen illam; & non potius nullam; vel saltem illam, quam in cerebri tui incudet tibi fabricasti, ut solent isti literiones, quorum quilibet nouam plerumque Religionem pro se & sua familia architectatur.) Itaque quid ille, vel ille asserat, susque deque æstimo. (Tunc dictata Lutheri, Caluini, Zuinglij susque deque æstimas?) quem veritas dicat, eum tramitè persequor. Quid si non veritas, sed falsitas, sed vanitas, sed phantasia inanitas?

Quàm verò festiua est illa hedera, quam conuiciorum & inscitie suæ nido Calvinista præfixit: In hoc Rationali nihil est, quod fidem Catholicã fugillet vel offendat. Itane nihil huius in hoc Irrationali Rationali, quod totum, quantum quantum, ad euersionem Pontificie auctoritatis & potestatis tendit:

dit: sub eo pretextu, quasi sacri Romani Imperij iura aduersus Baronium & Pontifices tueatur. Sed, nisi fallor, S. R. Imperium horum defensorum ope nec eget, nec operam desiderat. Nam qui iura Imperij labefactent: Heretici, an Baronius cum Pontifice, res ipsa loquitur. Et quid iste, oro, protulit, nisi damnatas iam olim Schismaticorum & Hæreticorum quisquilias? Quid Baronij dictis & scriptis reposuit, nisi horribilas criminationes, spissamque ignorantiam? Et tamen gloriose de se predicat: Argumenta omnia Baroniana, hoc breuissimo temporis spatio ita cōfeci, vt fartatecta in perpetuum maneat Imperij auctoritas, & quidquid porrò à Cardinali Baronio in contrarium adferri poterit, in æternum erroris manifesti & ignorantiae nullo negotio conuincam. En Pyrgopolinicen, qui centum millia vno ictu occideret, ni hebes machæra foret; quam nō nisi criminationum cote acuit. Hoc tamen acumem plumbeum est. Et Calvinistam memorem esse oportebat sui illius dicti fol. 43. Cō-

uiciis conuincere nemini vnquam visa  
 præclara laus est. Discere debebas, in mul-  
 tis conuiciis non abesse vitium. Detrahe  
 tuo *Irrationali* conuiciorum larvam, &  
 quantulum putas corpusculi tibi supera-  
 turum? Principis Comici dictum est. *Vir-  
 tute, dixi, vos victores viuere non ambitione,  
 neque perfidia.* Hoc animum aduerte, atque  
 aufer cauillas, aufer maledicta. *Aufer furo-  
 rem; nam furor iraque mentem præcipitant  
 & occæcant, etiam eruditi; (quanto magis in-  
 eruditi) ut quæ videnda sunt, videre neque-  
 at, & quidquid in buccam venit, effutiat.*  
*Cuius profecto rei luculentum exemplum Cal-  
 uinianus iste nobis suppeditat. Quantum  
 verò huic Calvinista debent Augustissimus  
 Imperator, ceterique Imperij Romani Prin-  
 cipes ac proceres, qui labore tam facili aucto-  
 ritatem Imperij sartam tectam in omnē sem-  
 piternitatem præstitit, subiectis adamantinis  
 columnis, quas nulla vis eui excindere va-  
 leat.*

*Nunc, quod bene vertat, rem ipsam ag-  
 gredia-*

grediamur; illud prius admonentes; Illustris-  
 simum Baronium meritissimò iungi Paulo  
 Bernriedensi; Nam ut iste sua etate Grego-  
 rium VII. fortissimè à Schismaticorum in-  
 cursionibus & missilibus defendit; sic & Car-  
 dinalis Baronius eundem sanctum, imperter-  
 ritum & inuictum Pontificem validissimè  
 Tomo XI. Annalium tutatus est, eiusque  
 sanctimoniam & pro Ecclesia Dei labores im-  
 mensos, oculis legentium dilucidè subiecit. Cur  
 igitur nouus hic Gregorianus Hyperaspistes  
 non addatur Comes antiquo, Paulo; qui  
 quantum dignitate à Baronio superatur;  
 tantum de antiquitate ei Baro-  
 nius cedat oportet.



b. 3

CÆ.





CAESAR BA-  
RONIVS S. R. E.  
CARD. AMPLIS-  
SIMVS.

CALVINIANI RATIONA-  
LIS CRIMINATIONIBVS  
DEFENSVS.

CAPVT PRIMVM.

*De Bulla Hadriani I. Pontificis.*

**S**IGEBERTVS in Chronico, Anno salutis  
M. C. XII. ita scribit. *Postea rediens Carolus*  
(Magnus) *Papiam cepit: iterumq; Romam re-*  
*diit, Synodum constituit cum Hadriano Papa,*  
*alijsq; centum quinquaginta tribus religiosi*  
*Episcopis, & Ab-*  
*batibus: in qua Hadrianus Papa cum vniuersali Synodo dedit*  
*ei ius eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam Sedem,*  
*dignitatem quoque Principatus. Insuper Archiepiscopos, &*  
*Episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere*  
*desiniuit; & ut nisi à Rege laudetur, & inuestiatur Episco-*  
*pus, à nemine consecretur: omnesq; huic decreto rebelles ana-*  
*thematizauit: & nisi resipiscerent, bona eorum publicari.*

Illu-

Illustrissimus Cardinalis Baronius Tom. 9. Annalium, Anno Redemptoris DCC, LXXIV. N. 10. & seq. refutat ista tanquam à Sigeberto in gratiam Henrici Imp. Schismatici conficta. I. Quia nemo scriptorum ante Sigebertum huius cōcessionis meminit, licet trecenti & duodequadraginta anni ab eo tempore, quo hæc concessio Carolo facta fertur, vsq; ad Sigebertum interfluxerint.

Responde t Caluinista, *magnam esse Baronij à πωδδ-  
σίου, qui nesciat; ex puris negatiuis nihil consequi.* At mihi videtur hunc Caluini asseclam grandi calumniandi libidine, cum non minore inscitia, teneri. nam illud Dialecticorum pronunciatum: *Ex puris negatiuis nihil sequi;* ad syllogismos pertinet, non ad alia consequentiarum genera: Quis enim abnuat bonas & probas esse has cōsecutiones: *Non est homo; ergo non est risibilis. Non est risibilis; ergo non est homo. Non potest hinnire, ergo nō est equus. Nō est equus, ergo hinnire nequit:* Quid in his consequentiis iure desiderare potest?

Deinde Baronius nec syllogismum neque aliam consequentiam exstruxit; sed absolutè dixit; neminem ante Sigebertum quidquam hac de re scripsisse; tamen si tacitè innuit hanc cōsecutionem. *Ergo falsum & à Sigeberto excogitatum est id, quod super hac re prodidit. Vel; ergo credibile est à vero abire, quod Sigebertus scriptum reliquit;* cum verisimile non sit, tantam & tam frequentem Synodum, & actionem tam solennem latere potuisse omnes scriptores, qui Sigebertum antecesserunt.

Peritius fecisset Caluinista, si Baronio obiectasset; *ab auctoritate negatiuè non valere argumentationem;* haud enim sequi: *Non est scriptum; ergo nec factum.* Sed respō-

diffe-

dissemus; hanc argumentandi rationem, in iis præsertim, quæ ad historiam spectant, non esse prorsus infirmam & elumbem; præcipuè accedentibus quibusdam circumstantiis, quæ huiusmodi collectioni verisimilitudinem concilient; vt hîc sanè conciliant: Cum enim tam multi partim nominati, partim innominati res gestas Caroli Magni sigillatim per annos singulos dispositas & digestas in literas retulerint; omnesque Synodos sub Carolo Magno celebratas minutatim consignarint, quis in animum inducat credere; hanc Synodum & hanc prærogatiuam, talem ac tantam, Carolo Magno, & toti Francorum nationi tam honorificam, in obscuro vsq; ad Sigebertum delitescere potuisse, adeo vt nulla penitus Annalium luce illustrata fuerit?

Postea retorquere conatur Caluinista Baronij argumentum in Auctorem. *Si in eo scelus est, impostura, fraus, mendacium, commentum impossibile, falsus titulus, schisma, dispendium aeterna salutis, mala artes, nimia nimiaq; salutis sue obliuio, qui post annos numeratos trecentos & duos de quadraginta, quàm gesta est, rem memoria mandat: (non accusat Baronius Sigebertum, quòd rem gestam post tot annos literis mandarit; sed quòd rem, quam olim gestam esse nullus aliorum testetur, ipse post tot annos in suos Annales retulerit; atque adeo dolo malo gestam esse, in gratiam Schismatici Imperatoris, cõmentus fuerit) quanto excellentiora illa omnia debent esse in eo, qui post alterum tantum annorum, (malè numeras Caluinista; ab Anno Domini M. C. XII. vsque ad Annum M. DC. I. quo nonus Baronij Tomus in Germania excusus est, non effluxit alterum tantum annorum, quia non effluerunt sexcenti septuaginta sex, qui alterum tantum annorum conficiunt. Si fidem non habes; digitis annos*

nume-

numera; & forsan credes.) *quod in sancta Catholica Ecclesia ab omnibus fidelibus fuit continuò verificatum,* (falsum prorsus, falsum, à Sigeberti ætate perpetuò à fidelibus reclamatum fuit contra Schismaticos: neq; vnq; Imperatoribus huius Iuris quod Sigebertus architectatus est, quieta possessio fuit: vt norunt omnes; qui norunt Historias non tantum Annum Christi M. CXII. subsecutas, sed & hunc annum antegressas) *à summis Pontificibus non tacito consensu comprobatum:* (falsum, restiterunt omnes; & qui aliter non poterant patienter hanc violentiam tolerabant, vt multò grandius euitarent. Testem do vel ipsum Paschalem II. Pontificem, qui Cathedram Petri tenebat eo ipso Anno, quo hæc Sigebertus prodidit; à quo cum Imperator *Inuestituram* Episcoporum & Abbatum per vim extorsisset, non diu hac concessione Imperator frui potuit: Paschalis enim poenitentia ductus, id quod coactus meticulosè concesserat; salubriter reuocauit, indicto in Lateranum generali Concilio; vt te docebit, si discere velis, Illustris. Baronius Anno Christi M. C. XII. & seqq. nam de Gregorio VII. eiusque successoribus Victore & Urbano, dicere aliquid, mora mera fuerit.) *ab Imperatoribus ferè productum*) Falsum; ante Henricum Regem IV. & Imperatorem tertium, nemo vnquam hoc ius non ius vehementius vsit: quidam vt Henricus sanctus, & Conradus successor eius, nunquam ius hoc, quod ad electionem Romani Pontificis attinet, sibi vendicarunt, vt fatetur ipsemet Onuphrius in vita Gregorij VII.) *à clarissimis Theologis verò euictum.* (Qui nam isti clarissimi Theologi? Cur non nominas? Clarissimi quique & doctissimi Theologi à Pontificibus contra Schismaticos steterunt; vt satis docent Annales Ecclesiastici, præsertim

fertim Historia & res gestæ Gregorij VII. de quibus factis in Apologia) à præstantissimis Canonici Iuris doctoribus in perpetuis commentariis comprobatum (& hoc plusquam falsum est; nam Canonistæ vel hoc nomine sectariis quàm maximè sunt inuisi; quod Pontificis potestatem latissimè extendant; & non tantum ad Ecclesiastica, sed & ad temporalia directè, vel saltem indirectè, proferant. Quis Canonistarum vnquam Simoniacas illas & nundinatorias prælatorum *inuestituras* ab Henricis Imp. exercitas probavit? Quis non, quantum valuit, reclamavit?) à peritissimis Iuris civilis consultis recto calculo acceptum. (Falsum, peritissimi & præstantissimi legû Interpretes Baldus, Bartholus, similes perpetuo docuerunt iura Ecclesiæ salua & intacta esse debere; nec decere, vt quæ Dei sunt, Cæsar sibi vsurpet.) quod in scholis, Academiis, Ecclesiis, Collegiis, Cathedris, Monasteriis, & vbi non? disputationibus ac scriptis traditum, vnus negare, ac ad iniuriam Maiestatis Romani Imperij verbis confictis percellere ausus est. (Falsum prorsus; & quidem adeo, vt post Sigebertum, etiam pertinacissimi Schismatici, & Schismaticorum Regum patroni ardentissimi; hoc à Sigeberto cusum priuilegium nunquam pro partis suæ defensione proferre ausi fuerint, nec duo illi qui ex instituto Apologias pro Henrico IV. euulgarunt. Pleraque Monasteria, Collegia, Ecclesiæ, Cathedræ, Scholæ, Academiae semper profanis Schismaticorum conatibus obstiterunt. Si fidem non facio; faciat fidem Bertoldus Constantiensis in Chronico, & alij ex orthodoxis; Ex heterodoxis autem ipse Henrici Apologetes in Monasterium Hirsavvgense perquam iniquus; idque non aliam ob causam, quàm quia religiosus ille cœtus pro Catholica concordia contra pacis & veritatis perturbatores stabat

Ter-

Tertiò respondet Calvinista, Sigebertum non fuisse primum, qui hac literis mandavit; antecessisse VValthramum Naumburgensem, idem triennio ante Sigebertum testantem in tractatu de Episcoporum inuestitura per Imperatores facienda. Demus Illyricum, pessimæ fidei hominem, bona fide hunc Walrami seu Walthrami tractatulum in lucem protulisse; neque quidquam de suo assuisse; tamen quantum distat Waltramus à Sigeberto? Triennium, non amplius. Nam Sigebertus Anno M. C. XII. sua scripsit; Waltramus M. C. IX. vt ad calcem illius Tractatus disertè scribitur. Et cur Baronius Sigeberto in hoc commento spargendo primas non tribueret, cum VValtramus sit obscurissimus; & forsau non nisi in tenebrosissimo Catalogo testium veritatis Illyricanæ pronuper visus.

Dices saltem Sigebertū hoc non finxisse, cum VValtramus triennio ante Sigebertum idem scripserit. Respondeo, Sigebertum iure huius figmenti figulum cenferi; quia ipse in Chronico suo potissimum illud fouit, propagauit & ad posteros transmisit; alioqui absolute loquendo credibile est fabulam hanc natam esse, sub Schismatico Hentico Rege V. Imperatore I V. Et Paschali II. Papa: sub quo Sigebertus & VValtramus suas lucubrationes composuere: nam si plasma hoc vetustius est, cur nullus Gregorij VII. aduersarius id protulit? Cur nullus vel tenui indicio innuit? Animaduertit ipsemet Calvinista hanc suam de VValtramo obiectionem nimis esse friuolam, quocirca testes antiquiores scilicet producit. In printis Eutropium Longobardum, & PAVLVM Diaconum libro de Metensibus Episcopis. Quando Baronius producit Domnizonem & alios nondum editos Auctores,

quiratur iste, indignum facinus committi, dum tales in lucem non eduntur; tunc enim demum ex antecedentibus & consequentibus iudicium de mente & sensu eorum fieri posse. Quod Baronio occinit; hoc nos iustissimè à Caluini-ano postulare quimus, quandoquidem nihil est causæ, cur sincerissimum & candidissimum Baronij animum fraudis suspectum habeamus; multum verò argumen-  
torum est, cur, cum iste ineditos Auctores laudat, fal-  
laciæ & imposturæ formido nos subeat propter Calui-  
nisticum minimè candidum genium. Cur tu non euul-  
gas Paulum Diaconum de Episcopis Metensibus, &  
alios adhuc typis non descriptos, quos tertio quoque  
verbo producis? Quanquam Paulus Diaconus nihil de  
Episcoporum *inuestituris*, nihil de Electione Romani  
Pontificis; nihil de commentitia Synodo Romana,  
vno verbo, nihil de stramentitio illo priuilegio Carolo  
per Adrianum concesso, scribit: Tantum hoc dicit;  
Carolus, *Romam ex duro Longobardorum seruitio ereptam  
suis sceptris addidisse, & cuncta Italia miti dominatione poti-  
tum esse*. Quod vt verum esset, quid tamen inde con-  
tra Baronium pro Sigebertico priuilegio cuinces?

Nam quod Calvinista, fidelis scilicet Interpres, ait,  
*hæc non nudè ad ipsos ciues, sed ad summum Pontificem perti-  
nere*; id glossema est dignum illa glossa, quæ quiduis,  
quod mala mens suggerit, effutire audet: Nullus enim  
scriptorum, nullus inquã, scribit, quòd Carolus ipsum  
Pontificem summum sibi subdiderit; multoque mi-  
nus, quòd à Pontifice illa priuilegia, quæ Schismaticus  
Sigebertus & gregales eius in eodem Schismatico ludo  
educati, fabricarunt; acceperit.

Eutropium tuum Longobardum tanti facimus,  
quanti Illyricum, ex quo hunc tuum Eutropium pro-  
tuli-

tulisti: quem ante Othonem primum Imp. vixisse, quo argumento ostendes? Nec Illyricus Eutropio adscribit; Sed ait, *esse appendicem ad volumen Eutropij & adiutorum scriptorum, in viginti sex libros distributum*: Et addit, *scriptam à quodam non admodum literato*; quod res ipsa docet; Illyrico non tantum tacente, sed & prope dixeram, dormiente. Neque tamen quidquam eorum appendix hæc continet, quæ nobis Sigebertus apponit: Tantum dicit, *Carolus de ordinatione Pontificis statuisse, ut interesset quis legatus, & ut contentiosas lites ipse deliberaret, hoc est, decideret*. Quid hæc ad magnificentum illud priuilegium, quod Sigebertus nobis denarrat?

Postea maiores tibi Caluinista inflat. Citat enim Einhardum. Adonem Viennensem, Aufradium, Aldhelmum, Strabonem Fuldensem; Monachum Paderbornensem. Reliquos dicit se prætermittere, *ne pro certo & fanatico habeatur*. Utinam & hos omisisses. Longius à periculo huiusmodi opinionis de te conieitandæ abfuisisses. Quis enim sani capitis tibi fidem habeat, quando propositi tui oblitus, id probas, quod probatione minimè egebat; id verò, quod maximè demonstrandum erat, prætersilis? Nam quis negat, Carolus Magnum venisse in Italiam rogatu Pontificis Romani; ut Romanam Ecclesiam & urbem à Longobardorum infestatione & deprædatione liberaret? Et hoc tantum testantur Auctores à te citati. Nihil aliud. De Synodo Romana & concessione illa Carolo ab Adriano facta, de qua Sigebertus, altissimum est vbiq; silentium.

Caluinista, qui Baronio inscitiam Dialecticæ immeritissimè exprobrat; ita argumentari videtur: *Carolus occupauit Romam & sui Iuris eam fecit; ergo omnia illa facta sunt, quæ Sigebertus facta memorat*. Pulcherrimè & argutissimè;



tissimè; quasi hæc consequentia ex antecedente illo villo modo sequatur, aut quasi Carolus sibi Romam ex Longobardorum potestate, & truculentia; non ipsi Romano Pontifici adquisierit. An nunquam legisti donationem Caroli Romano Pontifici factam, & confirmationem eius, qua olim Pipinus pietatem suam in Romanam Ecclesiam declarauerat? Legisti, video, libenter tamen arroderes; sed non audes apertè; exsertis dentibus: itaque per insidias id facis; fuisse nimirum hanc donationem *συνάλλαξιόν, & vitro citroque factam, quam malignè, more suo solens, suppresserit* (Anastasio) *Bibliothecarius, & hoc συναλλαγμα non tum demum fuisse institutum, sed ductum antea inter Pontificem & Pipinum.* Sed iste, *more suo solens,* calumniam struit tam Baronio, quàm Anastasio. Nam formulæ donationis tam Pipini, quàm Caroli absolutam donationem repræsentant, absque vlla conditione vel restrictione; vt intelliget ex earum lectione apud Anastasium in Stephano III. & Adriano. Et apud Bar. Anno DCC. LV. & DCC. LXXIV. Nec quidquam hinc suppressit Bibliothecarius, quia ex Authentico instrumento sua descripsit; Et vbi etiam ipsum autographum extet, Lectori indicauit, quod nullus falsarius facit. Et mirum sanè est, istum vbique fraudes somniare, cum de Pontificia dignitate adstruenda agitur; nil autem nisi, mera oracula crepare, cum vel obscurissimus aliquis scriptor aliquid contra Pontificis auctoritatem scriptum reliquit. Verum hac de re copiose actum est in libro de Imperatorum, Regum ac Principum Christianorum in Sedem Apostolicam munificentia.

Ait Baronius, Carolum, capto Ticino, nō iterum venisse Romam, sed celeriter in Franciam rediisse, vt aduersus

uersus rebellantes Saxones expeditionem pararet. Vociferatur Calvinista, *Baronium παραλογίζεσθαι ἀνισορήτως ex puris particularibus*. Ineptè profus, vt supra meras negatiuas, ita hic puras particulares propositiones occentat, cum Baronius nullū Syllogismū extruxerit: sed præcisè affirmarit, Carolum, post captū Ticinum, non Romam, sed Franciam petiisse: Et hoc omnes affirmare.

Caluinista ægrè concoquit istud omnes. *Opponere*, inquit, *possem myriadem scriptorum, si sit vsus, qui tradiderunt, Carolum, capto demum Ticino, Romam adisse*. Nil opus myriade. Chiliade cōtenti erimus. Imò etiam centuria. Aperi Thesauros Bibliothecæ tuæ & prome centū. Manus dabit Baronius. Ex promissa myriade profert quinos, quorum primus Bernardus Presbyter in Historia Longobardorum, quem dicit vixisse sub Ludouico Pio Imperatore. Secundus est Remingus Præpositus S. Galli in excerptis Francorum. Tertius Hepidannus Cœnobita in Annalibus. Quartus, Hermannus Cōtractus primæ editionis. Quintus, Marianus Scotus. Sed isti cōtra Baronium nihil efficiunt; tum quia tres primi obscuriores sunt, quàm vt iis scriptoribus, qui hætenus in luce omnium versati sunt; & quorum auctoritate Baronius potissimum nititur, præferri debeant: tum quia duæ editiones Contracti, Vrsiniana scilicet & Canisiana, carent his, quæ pro se Calvinista adducit; tum quia hæc ipsa causam Calvinistæ non promouent; q̄ vt videas, en tibi ipsa verba *Carolus Longobardos cum Italia subiecit, anno, ex quo intrauerant, CCV. ipseq̄, cum triumpho Romam venit*. Subiecerat nimirum Italiam & Longobardos, quia iam omnibus occupatis, Ticinum arctissima obsidione premebat, expugnationis futuræ certus: Et Romam, obsidione adhuc durante, Pascha ibidem celebraturus venit, & quidem victoris & triumphatoris

toris in morem, quia antegressæ eius victoriæ, & quæ iam in manibus erat mox capiendò Ticino; tali honore non erant indignæ.

Eodem sensu accipiendus est Bernardus presbyter: qui dicit Carolum Romam perrexisse, *subiugatâ & ordinatâ Italia*. Vtique *subiugata*, quia omnia, præter Ticinum, in suam potestatem redegerat. Securus de Ticino itidem subiugando, licet cum Romam iret, nondum subactum esset. In eandem sententiam reliquos interpretari licet, imò necessariò interpretari debemus, præsertim Marianum, quia cum dicat, Carolum venisse Romam *Sabbato sanctæ Paschæ*, necessariò dicendum est, Regem Desiderium nondum in ditionem fuisse à Carolo receptum, quandoquidem obsidio Ticinensis adhuc circa Paschæ ferias durabat: (nisi Mariano crassissimum in historia errorem imponere velimus) sed eum, ut sæpe fit, in narrandis rebus ordinem rerum gestarum non seruasse; priusque exposuisse, quæ postea, & posterius, quæ prius gesta fuerant, quod & sacris & profanis Historicis semper licuit, semperque licebit: idemque tibi responsum sit ad Hepidamnum & Reminingum: quos tu ipse *cum mica salis* intelligi debere ais; quia animaduertisti, non consonare vero eorum dicta, nisi benigna interpretatione adiuuentur; qualis est mea, non tua; qui dicis; *Carolum non tantum in vigilia Paschatis ex castris ad Ticinum Romam venisse; sed iterum eò abiisse mox à capta Ticinensi vrbe. Et hoc velle citatos abs te Auctores*. Sed hæc palam aduersatur Mariano; qui dicit, Carolum Sabbato sancti Paschæ venisse Romam: ergo loquitur de illo aduentu, qui erat ante captam Paphiam; non post captam; nisi dicere, & simul omnibus historicis contradicere velis, Carolum

olum Anno sequenti, hoc est, Anno Domini DCC. LXXV. in ipsa Vigilia Paschæ, iterum venisse Romam.

Reliquos item abs te prolatos non loqui nisi de aduentu Caroli in Vigilia Paschæ, inde planum fit, quòd, teste Eginardo, Carolus non nisi quater Romam venerit: at quinquies venisset, si mox post captum Ticinum eò venisset, vt rectè dicit Baronius, Ad quæ Calvinista prorsus insipienter. *Ambiguitas significationis est in Termino VENIRE ROMAM, qui aliter in Maiore, aliter in Minore usurpatur, si argumenteris; nam in propositione sumitur ROMA pro vrbe, in Assumptione Synecdochicâs, pro tota Italia.* Quas Chimæras, quos tragelaphos pingit iste Caluini sectator, vt veritati tenebras inducat. Num Baronius syllogismum fecit? Num Maiorem, num Minorem propositionem instituit, in qua aliter sumatur terminus ille: *venire Romam*: in Maiore, aliter in Minore? Quæ hæc, obsecro, affanix? vel potius, quæ decipulæ? An non Baronius, cum quater solummodo Carolum Romam venisse dicit: *Romam* pro vrbe Roma, & *aduentum Romam*: pro aduentu in urbem Romam accipit? Quis vnquam audiuit talem Synecdochen? *Venit Romam*, id est, in Italiam. Licet enim omnis, qui venit Romam, in Italiam veniat; non tamen omnis, qui in Italiam venit, venit Romam. Quis vnquam vel fando audiuit, Romam pro tota Italia accipi? Ex qua fatua Synecdoche dicere liceret, eum, qui *venit Mediolanum*; *venire Romam*, quia Roma pro tota Italia, atque adeo pro quolibet Italiæ loco sumitur, & eum, qui degit Mantuæ, vel Bononiæ, degere Romæ, quia Roma pro tota Italia capitur. O nugæ plusquam aniles.

Quibus adde & hanc non postremam vaniloquentiam;

d

tiam;

tiam; Eginhardum dicere, Carolum quater venisse Romam, nam quando ex castris ad Ticinum in Vigilia Paschatis, Romam venit; & inde in castra ad Ticinum rediit, non cense-ri ex Vrbe discessisse; hinc, licet, capta Ticinensi Vrbe, Romam reuenerit; Eginardum aduentum hunc & priorem pro vno eodemque aduentu computasse. Et hoc ex communi loquendi consuetudine, in quam nullum ius sit artificibus. Ex hac no-ua & inaudita loquendi & agendi ratione, sequitur, cum, qui iam Mediolano vel Ticino Romam venit; Et postea Mediolanum vel Ticinum regreditur, non cen-feri Roma abiisse; & lices bis terue Ticino aut Medio-lano Romam redeat, reditus istos pro vno aduentu nu-merari; neque, nisi semel Romam venisse; neque inde discessisse; licet itinere decem, duodecim, pluriumue dierum inde abiuerit; quia semper mansit in Italia; er-go nunquam discessit Romam. Ergo quoties redit, vnus censeatur aduentus, praesertim, si animum redeundi ha-buerit. O mythologias Calvinisticas, ex solo odio dilu-cidæ & apertæ veritatis confictas. Eginardus, Caroli Cancellarius, omnium rerum à Carolo gestarum con-scius & propè particeps, quater Carolum Romam ve-nisse testatur; & quia iste tanto testimonio opprimitur, fictitium illum suum quintum aduentum sub quater-nario Eginardi abscondere molitur; sed fatuè prorsus, vt iam vidimus. Licet enim quis, cum ex Vrbe quapi-am peregrina, ad proximos campos vel pagos excurrit; non existimetur inde discessisse; & si reuertatur; de in-tegro redire; si quis tamen inde itinere decem, duode-cim, vel quatuordecim dierum abscedat; certè si rede-at, toties rediisse censebitur; quoties ex tam longo iti-nere in Urbem reueat. Subtilis sanè est hæc Calvini-  
sta

stæ cogitatio; *Carolus Româ ad castra Ticinensia reuersus non excessit ex Italia; ergo licet post captum Ticinum Romam redierit, non nouus est aduentus; quia excursiones & domitiones non accedunt rationibus.* Si hoc verum est, tum sequitur, si Veronensis quispiam aut Venetus Romam se conferat, & inde in Patriam reuertatur; Et post aliquot menses iterum Romam reperat; cum non bis, sed semel tantum Romam aduenisse, prioremque & posteriorem itionem pro vno duntaxat aduentu numerari debere. At quis ita loquitur? Siquis dicat; *se semel venisse Romam;* num aliud auditor concipit, quàm quod verba præ se ferunt? *Semel utique non est bis; nec bis, semel. nec quater, quinques.* Si dicam; Archiepiscopum Mediolanensem Mediolano quater iuisse Romam; num poterit quis sub quaternario hoc aduentu *quintum* Mediolano Romam aduentum vllò iure complecti?

Ait Baroniùs; non potuisse tam breui tempore, quod post captum Ticinum, vsque ad reditum Caroli in Galliam interfuit, congregari Concilium & quidem generale, vt nominatur à Sigeberto. Occurrit Caluinita, potuisse id fieri, nam *Carolus in aduentu suo Romam ex castris ad Ticinum, secum duxisse Episcopos, Abbates & Indices, Duces & graphiones, eosque ibi reliquisse;* testemque citat Anastasium Bibliothecarium: Et Anonymum Auctorem de gestis Caroli Magni cap. 26. Tom. I. Antiq. lect. vbi legimus. *Cernuntur Episcopi, Abbatesq; & Clerici, Capellani cum Comitibus suis.* Sed Anastasius penitus nihil dicit de relictis à Carolo Romæ Episcopis & Abbatibus; Et sine dubio tot non secum adduxerat, qui Concilio generali cen-

tum quinquaginta trium sufficerent. Alter ex Anonymo locus tam est ad rem, quam si Calvinista pro se citasset Apologum illū Æsopi de rustici filio, qui cochleas assabat, & stridentibus accinebat illud; *ω̄ νάκιςα ζῶα.*

Sed ut videamus, quàm à testimoniis iste sit instructus, testem nobis dat maximum, & qui omnibus silentium imponat, Marsilium Patavinum, hominem hæreticum, & Pontificum Romanorum hostem capitalem, qui idem iisdem propemodum verbis in libello de Translatione Imperij dicit, quod Sigebertus, quippe qui Sigeberti commenta expilarit, & in sua oleta verbatim ferme transtulerit. Cui addit Gallicum quendam scriptorem Gallicè scribentem, quem dicit, Marsilij auctoritatem secutum. Grandissima sanè vtriusque auctoritas, & cui de via decedat oportet, Baronius, præsertim te vociferante: *Quid iam Baroni? Etiamnum impossibile tibi videtur concilij celebrandi tempus?* Omnino impossibile est: neque tu vel unico verbulo probabile fecisti, potuisse post captum Ticinum, tam exiguo temporis spatio, generale concilium cogi, & duo ex testibus tuis nihil de hac re dicunt: duo dicunt quidem; sed Sigeberto posthumant; & quidquid dicunt, ex lacunis Sigeberticis hauserunt.

Ait Baronius, tantum abesse, ut Carolus electiones Episcoporum sibi arrogauerit, ut potius suo promulgato decreto, eas statuerit esse liberas, & ex sacrorum Canonum præscripto institui iusserit, citatque capit. 84. lib. 1. capitul. Francic. & habetur itidem apud Gratianum d. 63. cap. 34. Calvinista in Syllogistam conuersus Baronij dicta in Syllogismum coniicit. *Qui ex sacrorum Canonum præscripto Episcoporum electiones per Clericos & popu-*

populum decreuit esse liberam, is eorum confirmationem & inuestituram non habet. At Carolus decreuit esse liberam, ergo ius confirmandi & inuestiendi non habuit. Si mentem Baronij sincerè voluisset exprimere; potius dixisset; qui Clericis liberam relinquit Episcopos eligendi potestatem ex Canonum præscripto, ille non arrogauit sibi eam potestatem, quam ei Sigebertus concessam fingit. Sic conformata Maior, longè concinnius tinnisset, quàm eo, quo à te proposita est, modo.

At tu Syllogismo, quem Baronio affinxisti, alio Syllogismo occurrere conaris. Qui ex prisco iure & instituto Imperatoris Romani electionem per principes Germanos, decreuit esse liberam, is eius confirmationem & consecrationem non habet. Papa Romanus decreuit Romani Imperatoris electionem per principes Germanos esse liberam: ergo Papa Romanus Imperatoris Romani confirmationem & consecrationem non habet. Quid ad hæc Baroni? inquit Calvinista. Negabis, opinor, propositionem meam; Ego itidem tuam. Hoc tamen discrimine; quod Baronius tuam negaturus sit iure; tu Baronianam, iniustè; quia hæc nititur lege & decreto Caroli; tua aliud fundamentum non habet, nisi tuam insecitiam: Pontifex enim, qui electoribus Romani Imperij liberam Imperatoris eligendi potestatem dedit, ius confirmationis & consecrationis sibi reseruauit.

Obseruemus autem, quod Calvinista fatetur; Pontificem decreuisse ut electio Romani Imperatoris per Principes Germanos sit libera. Est ergo Pontifex Auctor institutionis Electorum Imperij. Cur ergo hoc alibi negat? Mittis Baronium ad tuos rerum Alamannicarum Tomos, ut inde discat, quod nesciat. Quid, obsecro, ex notis tuis & ex tertio Tomo disceret, nisi tuas & Vadiani tui, crimina-



tiones, pseudologias, & *aiotas* anilem, quibus tu & tui res Ecclesiasticas, præsertim Monasticas, conspurcatis?

Accusas Baronium, quòd argumentum ducat ab auctoritate negatiuè, nimirum, *non fieri mentionem huius priuilegij in Capitularibus Carolinis; Esse igitur fictitium.* Iam supra, & alibi dixi, hoc argumentandi genus non esse prorsus imbelle, si aliæ circumstantiæ concurrant, vt hic quidem concurrunt: quis enim credat talis & tanti priuilegij nullam futuram fuisse mentionem in illis Capitularibus, in quibus omnia iura ad Ecclesiasticos pertinentia, tam minutatim enumerantur, palamque proponuntur, si vnquam in rerum natura existisset?

Obiicit Baronius cap. *eum Hadrianus* dist. 63. ex quo satis appareat, commentitium esse, quod Sigebertus de illo Carolino priuilegio tradit. Oggerit Calvinista: *Capitulum hoc esse commentitium. Adscribi Gregorio IV. quo Hadrianus II. sit posterior.* Mi homo, non tuum est hoc annotamentum. Sed doctissimorum hominum, qui iussu Gregorij XIII. emaculando Gratiani Decreto operam nauarunt. Sed vt Gregorij IV. non sit, an ideo est commentitium & fabulosum? Quoties in Gratiano hoc accidit, vt quæ huius vel illius erant, alterius titulo & nomine insignirentur? An non admonent correctores Decreti, hæc haberi in Pontificalibus manuscriptis inter gesta Hadriani secundi; itemque in collectione manuscripta Decretorum Romanorum Pontificum in Decreto eiusdem Adriani secundi? Cum ergo de re constet, quid tu de Auctore tricaris, & Baronio calumnias ingeris, cum Baronius Capitulum illud: *Cum Hadriano*, Gregorij IV. nomine non adduxerit; vtiq; non igna-

ignarus Hadrianum II. Gregorio IV. posteriorem esse. Sed tu nullam occasionē calumniandi Baronij ex fœcundo tuo pectore fingere prætermittis; qui magna sanè operæpretium facis, cum doces, *hæc contineri in vita Hadriani II. scripta à Bibliothecario VVilhelmo.* Scilicet hoc ipsi, qui Gratiani Decretum castigarant, non monuerunt, vt proinde tu monitor expectandus fueris, ex Æsopi puteo asinus.

Obstrepiis. *Verba Bibliothecarij, qui vel VVilhelmus est; vt quidam censent; vel ipse Anastasius Bibliothecarius, vò existimat Baronius, & iam in Anastasio typis Moguntia excusa extant; aduersari Baronio. Qui, obsecro? vel potius quæ verba aduersantur? Num ista? Collectis igitur omnibus tam Episcopis cum vniuerso Clero, quàm primoribus Urbis cum obsecundantibus sibi populis, ab Ecclesia sancta DEI genitricis, semperque Virginis MARIÆ, qua appellatur ad præsepe, rapitur, strahitur, & ad Lateranense Patriarchium certatim à procerum, & plebis multitudine deportatur. Quod audientes tunc missi Principis molestè tulere, indignati scilicet, non quod tantum virum nollent Pontificem, quem nimirum anxie cupiebant, sed quod se, dum presentes essent, Quirites non inuitauerint, nec optata à se futuri præfulis electioni interesse consenserint. Qui accepta ratione, quod non Augusti causa contemptus, sed futuri temporis hoc omissum fuerit omninò prospectu, ne videlicet Legatos Principum in electione Romanorum Præsulum mox expectandis per huiusmodi fomitem inolefceret, omnem sua mentis indignationem, medullitus sedauere, ac salutandum electum etiam ipsi humiliter accessere.*

Certè hæc, quæ etiam apud Gratianū leguntur, valde Baronio repugnant; Et ita quidē vt Romanus Clerus

&

& alij apertè testati fuerint, se noluisse Legatos Ludouici expectare in Pontificis electione, ne talis mos inualesceret, nimirum contra libertatem Ecclesiasticam, qua tunc clerus in electione Pontificis Romani gaudebat.

Si hæc Baronio non obstant, quæ ergo obstant? *Ista*, inquit Calvinianus. *Omnes hunc certatim coram isdem Legatis rapere, & ad summum Pontificatus apicem prouehendum trahere, ac anxie nitentur portare, nisi blanditiis senatorum & consiliis aliquantulum sedati fuissent.* Sed neque in his, neque in sequentibus Bibliothecarij verbis quidquam apparet; quod vel Baronio aduersetur, vel priuilegium Sigeberticum stabiliat. Nam Senatores nihil aliud egerunt, quàm quod immodicum illum populi impetum rapiendi Adriani in Patriarchium Lateranense nonnihil represserunt, & quidem Legatis Ludouici presentibus: Postquam enim Adrianus à Clero & populo, absentibus Legatis, electus fuerat, moram nullam interponendam; sed quamprimum ad consecrationem procedendum populus censuit, omnis dilationis impatiens. At nec Senatus, neque ipsi Legati vnquam vel verbulo significarunt; ius eligendi Pontificem nõ Clero; sed Ludouico Imperatori competere: Et quomodo siluissent; si, vt fictitium illud Priuilegium habet, ius Pontificem eligendi Hadrianus primus à Clero abdicasset; & Carolo Imperatori cunctisque eius successoribus tam liberaliter concessisset? Quis credat Ludouicum II. Caroli Magni successorem tertium, nesciuisse, Priuilegium tam amplū antecessori suo, & sibi, tanquam legitimo successori, concessum?

Neque ipse Ludouicus audiens hanc Adriani electionem Romanos reprehendit, quasi alieni iuris inuasos.

fores & vsurpatores, sed laudauit, gratumque & ratum id factum habuit; vt testantur hæc Bibliothecarij verba: *Quorum omnium vnanimitatis desiderium audiens HLudouicus Imperator; cognoscens etiam qualiter in eo decretum suis subscriptionibus roborauerunt, valde gauisus est. Et, vt tantus Domini famulus, cunctisq; gentibus, videlicet tam Romanis, quam diuersis aduenis desideratus, & desiderabilis Christiana plebi proficeretur, medullitus exoptauit: & mox imperialem scribens Epistolam, cunctos Romanos, quod dignum tanto elegissent officio presulem conlaudauit, per quam videlicet innotuit, nulli quidpiam pramij fore ex consecratione ipsius quoquo modo pollicendum, cum ipse hanc non suorum suggestione, sed Romanorum potius vnanimitate commotus ardentissime cuperet prouenire. Maxime cum reddi, qua ablata fuerant, non auferri ab Ecclesia Romana, vel deperire quidpiam se diceret amare.*

Hic nullam videmus Ludouici querelam, quasi Romani falcem suam in alienam messem miserint; nec dicit; *sibi ius eligendi & confirmandi Pontificis competere; sed electionem iam factam approbat duntaxat & commēdat; cupitque, vt consecratio tanti Pontificis quamprimum instituat: Nam si vel per somnium quidquam vnquam de Sigebertico illo priuilegio audisset, an illud sibi non asseruisset, præsertim, cum Romanorum factum in electione Hadriani ex diametro cum priuilegio illo pugnet? Nihil horum Ludouicus; nihil prorsus; sed electionem approbat, ea approbatione qua rectè & legitime facta approbare solent etiam illi; quibus in illam electionem nihil de iure competit. Quo pacto hodieque Imperatores & Reges Christiani approbant electionem Pontificis Romani, factam à Cardinalibus, & de illa certiores redduntur, etiam si penes illos non*

fit ius talem electionem respuendi. Quanquam Ludouicus peculiari etiam ratione de electione & futura consecratione Pontificis certior reddendus erat; quia providere debebat, ne in consecratione Pontificis tumultus quispiam existeret, & ne legitimè electo Pontifici aliqui sese opponerent; consecrationem impedire conantes; de quo lege quæ diximus Tom. 2. Defens. Belarm. lib. 4. cap. 13.

Inunc Calvinista, & clama: *Satin aperta hac, satin clara?* Vtiq; satis aperta & clara sunt, quibus non Baroniæ, sed tua calūnia soli meridiano exponatur; nihil enim penitus vel apud Gratianum, vel in vita Hadriani secundi exstat, quod vel obiter tale priuilegium, quale à Sigeberto proponitur, insinuet. Omnia testantur electionem Adriani in Romanorum, non in Ludouici potestate fuisse; & Ludouicū nihil hīc egisse, nisi quod factum Romanorum approbavit & laudauit; operamque præterea dedit, vt circa consecrationem omnia ritè & legitimè peragerentur.

Accusat Calvinista Baronium *inciuilitatē*, quasi deliquerit in illud Celsi I. C. *Inciuile est nisi tota lege perspecta, vna aliqua particula eius proposita, iudicare vel respondere*. Longè inciuilius est calumniari & Sycophantari, vt tu semper facis. An volebas, vt Illustriss. Baronius totam Adriani II. Historiam in refutatione fictitij priuilegij recitaret & exscriberet? An posteriora verba prioribus repugnant? An non æquè ac priora indicant, Ludouicum Imp. nullum eiusmodi priuilegium agnouisse, quale Carolo Magno & successoribus concessum fingitur? Ex posterioribus sanè verbis Bibliothecarij nihil aliud à sano colligitur, quàm consecrationem Hadriani fuisse dilatam, donec Ludouicus de electio-

ne Hadriani certior redderetur, & hoc propter causam supradictam.

Platinæ anteponomus seu Wilhelmum, seu Anastasium Bibliothecarium. quanquam neque ille quidquã de hoc commentitio priuilegio: vt satis declarant hæc eius verba. *Superuenerunt à Ludouico Imp. litera, quibus Romanos admodum laudat, quod summum Pontificem sanctè & integrè creassent, non expectato aliorum voto, hoc est, legatorum suffragio, qui fortè ea in re ob ignoracionem personarum minus iudicij habuissent.* Certè si Ludouico electio ex priuilegio Sigebertico comperiuisset, nequaquam Romanorum factum comprobasset, quòd, se & legatis suis inconsultis, Adrianum ad Pontificatum euexisent.

Iubet Calvinista, vt bene notetur Parenthesis illa Platinæ de legatis Ludouici. *Hanc ob rem legati Ludouici, qui eius rei causa aderant, indignati quod nusquam ( vt par erat, ) dum hæc agerentur interesse potuissent, &c.* Sed siue hæc Parenthesis sit à Platina, siue ex mente ipsorum legatorum, nihil contra ius fasque à Romanis commissum esse, testatur ipse Ludouicus; qui cum Romanis neque ex postulauit, tanquam cum alieni iuris inuasoribus; neque eos monuit, vt alio tempore ab electione Pontificis abstineant; sibi enim hanc potestatem competere; sed factum comprobauit, adiecta etiam hac mentis suæ declaratione; *sibi non esse constitutum iura Ecclesia Romana violare; sed intacta & illibata conseruare.* Nec tamen legati Imperatoris quando electioni intererant, eo fine intererant, vt ipsi suo arbitratu Pontificem crearent ac eligerent, sed vt electores protegerent; loco Imperatoris, summi Ecclesiæ Defensoris, ne quis turbas ciceret.

Ait Calvinista, *Carolo Magno dignitatem Patriciatuſ* fuiſſe collatam à populo; & hanc dignitatem fuiſſe maiorem, quàm illam *Aduocatie*, & deſenſionis Romanæ Eccleſiæ. Sed Calviniſta ſuo Decreto & Auctoriſ, ex quibus hoc decretum fabricauit, fidem habere deberet; ſi cõſtare ſibi uellet. Nam Sigebertus dicit: *In qua* (Synodo) *Adrianus Papa cum vniuerſali Synodo dedit ei ius eligendi Pontificem, &c. dignitatem quoque Patriciatuſ*, nam ita legendum eſſe, pro, *Principatuſ*, ipſemet Calviniſta admonet. Non ergo populuſ Carolo hanc dignitatem contulit, ſed Papa cum Synodo. Idem teſtatur Theodoricuſ Niemuſ, & Auctoſ Compilationis Chronologicæ, prout ab iſto critico citatur: idem tradunt alij Hiſtorici. Nec repugnant Otho Friſingeniſis & alij, qui ſcribunt, Carolum factum & appellatum Romanorum Patricium, *acclamante populo vniuerſo*, quia populuſ acclamatione ſua id, quod à Pontifice factum fuerat, cõprobauit: vt & poſtea factum, quando in Imperatorem à Leone III. inunctuſ eſt.

Porro illa Quæſtio, vtrum *Patriciatuſ* an Eccleſiæ Romanæ *Aduocatia* ſit maior dignitas, de qua Calviniſta diſſerit, tam eſt neceſſaria, quàm illa, quæ paulò poſt proponitur & ridetur à Calviniſta ex Accuſatio: *Virum ſi nunc reuiuifcat Adamuſ Protoplaſtuſ, ducere poſſit uxorem, quoniam matrimoniuſ inter parenteſ & liberoſ prohibeatur in infinitum. Trica hæc ſunt & apina nec iucunde nec vtileſ*, inquit Calviniſta. Verè, ſi itidem accommodetur ad quæſtionem Calviniſtæ. Nam ſiue *Patriciatuſ* dignitas, ſiue *Aduocatia* Romanæ Eccleſiæ præſtantior fuerit; parum id intereſt; quia conſtat, vtramque Carolo à Pontifice fuiſſe collatam.

Illud eſt lepidum, quod ait, *Patricium* fuiſſe deſenſorem

forem populi; *Aduocatum* autem, *Ecclesiæ*; *Et Pontificem* res suas voluisse habere à re populi seiunctas; constituendo *Carolus Aduocatum* seu *Defensorem Romana Ecclesiæ*. Et hinc liquere; *Populum* fuisse potiore Pontifice, quandoquidem *Patriciatus Aduocatia Ecclesiæ* à *Carolo* in diplomatis præponitur: *Carolus Patricius Romanorum, filius & defensor sanctæ Dei Ecclesiæ*. Et hoc tam acutum discrimen sagaciter expiscatus est *Caluinista* ex *Suida*: qui ait; *πατρις* ὁ πατρις τῆς ἑκκλησίας. Sed inprimis non vidit *Caluinista*, hanc *Suidæ* Etymologiam esse ferè similem illis, quas ex *segnioris æui* scriptoribus collectas, *literiones* isti suauissimè ridere solent; nam quia duæ postremæ syllabæ in vocula *πατρις* cognationem quandam habent cum vocabulo *κρίσις*, inde etymon illud *Suidas* exculpit. Deinde vt maximè originatio hæc esset; æque tamen τὸ κρίσις ad *Defensionem* status *Ecclesiastici* ac *Politici* accommodari potest. Adhæc, *Patriciatus Romanus* solummodo erat dignitas, proxima postcōsulatum, vt patet ex *Formula Patriciatus* cōferendi, quæ exstat apud *Cassiodorum* lib. 6. *Variarum* in ipso libri exordio: Ex qua formula longè melius disces, quæ fuerit *Patricia* dignitas, quam ex huius *Caluinistæ* nugamentis: ad affimilem modum creant hodie *Veneti*, etiam *exteros, Patricios Venetos, & Romani*, ciues *Romani*. Et hæc *Patriciatus* dignitas eo fine *Carolo* data fuit, vt *Romanam Ecclesiam* tueretur; nec *Res populi Romani* à rebus *Pontificis & Ecclesiæ Romanæ*, neque huius à rebus *Romani populi* segregari poterat; Itaque qui has defendendas suscipiebat; etiam illas in *patrocinium* suum suscipiebat.

Obiicit *Caluinista*. Ex *Anastasio Bibliothecario* non posse eninci, *Carolus Magnum Pontificis pedibus osculum*



tulisse; sed hoc duntaxat: Carolum dextram Pontificis manum tenuisse. Et fortè legendum: dextera manu antedictū Pontificem. Haud satis dispicio, cur hic osculum pedum, & irectionem ad dexteram Calvinista ingerat: non enim ideo Pontifex Carolo minor erat, si Pōtificis pedes nō est osculatus; quia multi, etiam ex illis, qui Romam veniunt, Pontificis pedes non osculantur, neque idcirco Pontifex illis minor est. Præterea, si Carolus non est Pontificis pedes osculatus, cur ergo Ursinus Calvinianus, qui se *Antiesuitam* indigitat, inter illos Imperatores, qui Pontificis pedes osculati sunt, numerat Carolū Magnum, in Appendice, quā ad Sycophanticū Scharrij de Pontificibus Hypomnema adiecit, & non ita pridem Ambergæ publicavit? Certè si, vt Calvinista ipsemet ex Anastasio narrat, Carolus Magnus *omnes gradus sigillatim sanctissima beati Petri Ecclesia deosculatus est*; pedum Pontificis osculū refugisse, iure censeri nō potest.

Nec video etiam vnde Calvinista hanc consecutionem extuderit. *Pontifex Adrianus dexter iuit Carolo; ergo Pontifex maior est Carolo*: quia Anastasius non dicit; Pōtificem tenuisse dexteram Caroli, sed Carolum tenuisse dexteram Pontificis: Hinc potius argumentator noster concludere debebat. *Carolus incesit ad dexteram Pontificis, ergo maior erat Pontifice*. Sed nos è vestigio occinuissemus Calvinistæ hæc eius propria verba: *Baculo eget, non rationibus, qui tam insaniter contendit. Et vidi ego Monachos Cappucinos (agnoscis tua verba) maximis principibus dexteros incedere; unde qui velit argumētari, illos Monachos esse supra Principes potestate ac auctoritate, eum nonne diceres delirare, & ad familiares mittendum?*

Ait Baronius; nomen *Inuestitura* non fuisse vsitatum tempore Caroli Magni: Et hinc etiam elucere imposturam

fluram

sturan priuilegij, quod Sigebertus Carolo concessum tradit; cum utatur nomine ea ætate minimè vsitato. Hic Caluinista mirificos triumphos agit, & coronam victtricem sibi decerni postulat. Credo ob cõuicia quibus tantum virum obruere tentat, quòd nomen *Inuestitura*, temporibus Caroli Magni existitisse neget. Clamat. *Eugepa bellum argumentatorem, dignus es, Baroni, qui de luculentitate rationis cum Zenone & Chrysippo in certamen descendas.* additque Baronium ita argumentari. *Ego non legi nomen Inuestitura existitisse tempore Caroli Magni; ergo nomen hoc tunc in rerum natura non erat; quod ait esse simile huic; Ego Baronium Roma non vidi; ergo Baronius non est Cardinalis Romanus.* Mittamus istas criminatio- nes Caluinisticas. Si Baronius errauit, cur Caluinista, allato exemplo, cum non conuicit erroris? Nam in chartis Traditionum, quas memorat, ex suo Tom. II. Scriptorum Alamannicorum non *inuestitura & inuesti- endi*; sed *vestitura & vestiendi* vocabula apparent, & in diuersa materia, nempe in traditione & donatione bo- norum temporalium; non in commissione officij Ec- clesiastici, cuiusmodi est Episcopatus, Abbatia, & simi- les prælaturæ; Et, nisi fallor, diu laborabit Caluinista donec tale exemplum inuenerit, Carolo Magno coæ- uum, vel antiquius.

Occidit Caluinista: *Priuilegium Carolo concessum fu- isse speciale pro Italia, non generale pro toto orbe. Nam Carolū in Gallis & alibi antea ius eligendi, confirmandi & inuestien- di Episcopos habuisse.* Sed mea parum interest siue hoc priuilegium generale, siue speciale voces, quia fictitiū est; quanquam tu cum Sigeberto parum concinis, qui priuilegium hoc extra Italiæ fines extendit; quando- quidem per illud inuestituras ab Henrico IV. & V. in Germania factas excusare tentauit.

CAPVT

*Nugamenta Calvinistica in Epistolam Caroli Magni ad Elipandum de Hæresi Felicianana.*

**E**XSTAT Tomo 3. Conciliorū in Actis Concilij Francofortensis. Calvinista vocat *Constitutionem* : vbiq̄ue scilicet constitutiones somnians, *more suo solens*, vt ipse loqui amat, Bacchatur in primis in Bernardum Lutzenburgiū, scriptorem Catalogi Hæreticorū, quem *crimine falsi aspergere* nititur; quod scripserit; *In Concilio legati Sedis Apostolicae presidentes fuerunt, Theophylactus & Stephanus Episcopi. Os impudens & effrons*, clamat Calvinista. Cur, quæso? Quia ex *vocula Praesentes*, fecit, *Praesidentes*. Vnde hoc tibi constat, Calvinista? An vidisti manuscriptum Codicem, à quo huic tuo conuicio aliqua verisimilitudo veniat? Nam quod ais, *te tuam Bibliothecam in Breuiarium Baronianū pignus dare, si in Synodis Francicis vel apud de presidentia Romani Pontificis inueniatur, semper enim praesedisse Principem*; id scilicet tam verum est, quàm vera sunt cætera tua blateramenta: in omnibus enim Conciliis Francicis vel præcipuus Episcopus, vel præcipui Vicarius, vel Sedis Apostolicæ Legati, præfederunt, vel ipse Pontifex, si quando in Franciam, Concilij celebrandi causa, venit; vt venit Vrbanus II. quo præfidente Concilium Claromontanum est habitum pro recuperanda terra sancta; & quidquid Carolus vel alius Rex in conuocanda Synodo, vel in sententia dicenda, vel in iudicio faciendo gessit, id totum nutu & assensu Ecclesiasticorum gessit. Quapropter in Epistola ad Elipandū  
ita

italoquitur. *Ecce ego vestris petitionibus satisfaciens congregationi Sacerdotum (hoc est, Concilio) auditor & arbiter assedi.* En auditorem se proficitur; non ergo *presidem* se iactat.

Dices. Fuisse itidem *arbitrum*. Omnino, quia sententiam, arbitrium & decretum Concilij ratum habuit. *Decernimus, & Deo donante, decreuimus, quid esset de hac inquisitione firmiter tenendum.* Decreuit ergo Carolus, quid de Elipandi opinione sentiendum esset, sed decreuit secutus Concilij, seu *presulum* sententiam; sententiam dixit, sed instructus ab Episcopis. Arbiter fuit, sed post arbitrium, & ex arbitrio Episcoporum.

Miror omissum à Calvinista locum Epistolæ Synodicae ad Episcopos Hispaniæ, in cuius exordio hæc leguntur. *Congregatis nobis in unum charitatis conuentum, precipiente & presidente piissimo & gloriosissimo Domino nostro Carolo Rege, &c.* Sed quid si quis eadem, qua Calvinista aduersus Luzemburgium, Crisi vsus, contendat hîc legendum, non *presidente*, sed *presente*? Certè non deerunt argumenta quibus opinionem suam stabiliat, imprimis titulus libelli Sacrosyllabi; vbi legimus: *In loco celebri, qui dicitur Franconofurd sub presentia clementissimi Principis Caroli.* En *sub presentia*; non, *sub presidentia*. Et in ipso libelli contextu: *Residentibus cunctis in aula sacri Palatii, &c. Sub presentia predicti Principis, &c.* Deinde, Respondeo, Carolum dici *presedisse*, non quòd propriè Iudex esset; sed quia materialem locum cæteris omnibus honoratiorem tenebat, nempe thronum & solium regium; vt ad similem objectionem de Imperatoribus Orientis respondet Bellarminus lib. I. de Concil. cap. 19.

Quis verò diuinet, quid Calvinista voluerit, quando

f con-

contra Lutzenburgium clamat; cum Felici & Elipando adscribere errorem adorationis imaginum, quem erravit Concilium Nicanum secundum, idemque dictum; septima Synodus Oecumenica. Vigilansne an somnians hæc Caluista scripsit? Nam Lutzenburgius adscribit Felici & Elipando errorem Iconoclasticum Copronymianum, & Claudianum Tauricum; nempe imagines non tantum non esse adorandas, seu colendas, sed & penitus exterminandas, & eliminandas. Num hæc est sententia Concilij Nicæni? Num Synodus ista hoc sanxit? An non è diametro vesaniæ huic repugnantia scita sciuit? Nec solus Lutzenburgius errorem Iconomachicum Felici Vrgelitano adscribit, sed & idem facit Concilium Senonense in Decretis fidei cap. 14. Platina in vita Adriani I. Pontif. Paulus Æmylius lib. 2. de gestis Francorum propè finem; quos citat Binius Tom. 3. Cōcil. in Notis ad Synodum Francofordiensem.

Adde his omnibus antiquiorem *Dungalum*, qui sub Ludouico Pio Imp. vixit, & contra Claudium Taurinensem æquè ac Ionas Aurelianensis, scripsit; cuius liber insertus est secundo Tomo Auctarij ad Bibliothecam SS. Patrum. Iste Auctor in præfatione sua Felicem hæreseos Iconoclasticæ in occidente antesignanum facit. Audiamus eius verba. *Cum enim Dominus beatissima memoria Carolus (Magnus) feruentissimus vigilantissimusque Catholica fidei tutor & propugnator, nequissima caput viperæ in Magistro huius erroris Felice contra sibilantis unitatem Ecclesia Apostolica auctoritate præualida ferreæque confregerit virga; rectum quidem est, quin ab eius benedicta generatione (à Ludouico filio, & Lothario nepote) supradictæ cauda bestia diro cuncta suo inficiens nidore eodem confundatur hastili, &c. ut quia peruersus discipulus (Claudius*  
Taur-

Taurinensis) peruersum pestiferumque Magistrum (Felicem) non solum æquiparare, verumetiam deprauando & blasphemando excellere contenderit, &c. validiore etiam castigatione, quàm suus antea Doctor fuerat, corripiatur, &c. En Felix apertissimè à Dungalo nominatur Auctor, Magister & Doctor eius erroris, quem Claudius sequebatur, & quem Dungalus in Claudio refutaturus erat. Et Claudius dicitur Felicis discipulus. Non iniuria igitur Felici hic quoque Iconomachicus error adseribitur. Libros Pseudocarolinos hic tacitus prætereo; quia in Horto sanctæ Crucis omnes nebulas à Calvinista hoc sparsas dispulimus.

## CAPVT III.

## De præfatione Caroli Magni in sua Capitularia.

**E**XTRA initio Capitularium Francicorum, quæ Pithœus euulgauit. Et in legibus Caroli Magni, quas olim Amerbachius, nuper R. P. Ioannes Busæus Societatis nostræ vna cum Hincmari Epistolis publicauit. Calvinista, more suo solens Constitutionem somniat, & quidem de Disciplina Ecclesiastica & officio Episcoporum. Inde contra Baronium euincere contendit, ad Regis seu Imperatoris, non ad Papa officium pertinere, ut Episcopis & Presbyteris leges præscribat. Sed Calvinista duo aduertere debuisset. Primum, Carolum quidquid fecit, fecisse nutu & permissu Episcoporum, ut leges latæ plus roboris ac firmitatis haberent, & efficacius in vsum moresque inducerentur; quod satis ex ipso præfationis contextu liquet.

Secundum est, hæc Caroli Capitularia, nõ tam esse novas leges, quàm veterum Conciliorum Canones, ex quibus Carolus, vt & postea alij Reges & Imperatores Francici, vnum in volumen cõiecerunt & collegerunt illos, quorum obseruatio magis obuia & necessaria erit. Hoc cur non liceat Principi, præsertim consentientibus Episcopis ?

Reprehendit Caluinista Baronium, quòd hanc Præfationem Caroli retulerit ad Annum DCCC I. quasi hoc anno scripta fuerit; quem ait, falsitatis argui ex ipsa inscriptione; in qua Carolus vocatur tantum Rex Francorum, non Augustus, non Imperator solennibus huius anni titulis. Respondeo, Caluinista, more suo solens Baronio iniuriam facit. Nam Baronius non dicit præfationem istam hoc anno fuisse scriptam, & Capitularibus Carolinis præfixam; sed quia de legibus Caroli sermo eo anno incidere; hanc etiam præfationem Baronius citauit, imò & recitauit, vt ex ea lector intelligeret, quo animo Carolus Ecclesiasticis leges dare voluerit. Iste suo Illyrico in Catalogo Testium doctior corrigit, quod Illyricus corrigere nequirit; nam ex his numeris Anno Dominicæ Incarnationis DCC. LXXXVIX. facit ipse per Crisin suam hunc numerum DCC. XCVI. ratus numeros apud Illyricum fuisse transpositos. Sed nos malumus audire ipsum Carolum quàm hunc *ἀνεμν* criticum, qui in editione Pithœana ad finem cap. 82. Anno Dominica Incarnationis DCC LXXXIX. Indictione duodecima, Anno XX. Regni nostri Actum est huius legationis edictum in Aquisgrani Palatio publicè. Data est hæc quarta die decima Kal. April. Editio Amerbachiana. Pax prædicantibus, gratia obedientibus, & gloria Domino DEO nostro IESU CHRISTO, Amen. Anno Dominica Incarnationis DCC. LXXXIX.

LXXXIX. Indictione XII. Anno XX. Regni nostri actum est huius legationis edictum in Aquisgrani Palatio. Publicè data est hac carta die decimo Kal. Aprilis. Habeo etiam horum Capitularium ex Bibliotheca S. Galli apographum; ubi idem Annus Domini consignatur; & cætera prorsus cum Amerbachiana editione consonant; Et ut ego quoque Crisín, sed saniozem, adhibeam, pro, die decimo, legendum arbitror; duodecimo Kalend. Aprilis. Ex quibus etiam emendare licet mendum, quod extremis verbis in editionem Pithœanam irrepsit.

Inunc Calvinista, & Baronio temerè & impudenter inequitat; quasi Capitulare Caroli anno non suo collocarit; cum tu cum tua Critica totis foribus aberres. Et si quid cordis prudenter Critici habuisses, facilè vidisses apud Illyricum redundare illam quinarij notulam, V. qua extrita, numerus rectè constat.

Miratur Calvinista, cur Carolus cap. 82. Edit. Pithœanæ, Symbolum relegens non faciat mentionem *descensus ad inferos*. Respondeo, quia comprehendit sub illo; *mortuus est*; vel illo; *sepultus est*. Falsum est autem articulum hunc in nullo vetere Germanico Symbolo reperiri; falsitatem hanc redargui præfatione in *Murices Catholica & Germanica Antiquitatis*; ubi & illud Symbolum citavi, quod nuper Freherus cum notis euulgavit.

Ut autem videas quàm consideratus sit Calvinianus iste; Latino Capitulari subiungit interpretationem Germanicam: Et verba illa sua Latina: *Anno Dominica Incarnationis DCC. XCVI. Indictione XII. Anno XXI. Regni nostri Actum est huius Legationis in Aquis, Palatio publico, Datum die decima Kalend. Aprilis; ita Germanicè reddit. Im Jar nach 8 Menschwerdung unsers Herrens.*



vnd Heylands/sibenhundert vnd im sechs vnd neunzigsten/Indictione XII. vnsers Reichs im zwey vnd zwanzigsten Jar. Geben zu Ach in vnserm Kayserlichen Pallast/den 23. Tag des Monats Meyen/10. Comparet hæc, qui Germanicam linguam intelligit, cum Latinis, & mox versoris huius acumen, & circumspeditionem deprehendet. Eratne Palatium Caroli Anno DCC.XCVI. *Cæsareum seu Imperatorium?*

## CAPVT IV.

*Caroli Magni iuramentum pro defensione Ecclesie.*

**I**N nomine Christi spondeo atque polliceor ego Carolus Imperator coram Deo & beato Petro Apostolo, me protectorem & defensorem fore huius sanctæ Romanæ Ecclesie in omnibus utilitatibus, quatenus diuino fultus fuero adiutorio, prout sciero poterog. Recitat Baronius Anno DCCC. ex Ordine Romano.

Hoc iuramentum esse fictitium probat Calvinista duobus subtilissimis argumentis. Primum est. Quia Gratianus illud suo Decreto non inseruit, sed aliud longè recentius, quod Otho I. Pontifici Ioanni præstitit. Potius autem hoc Caroli Magni, suo operi intexuisset, si in rerum natura existisset.

Secundum, quia Leopoldus, Episcopus Bambergensis, in lib. de Zelo veterum Principum Germania iuramentum Caroli pro suppositio habet. Cuius verba cum Calvinista recitasset, subiungit. Vides, ut aperte neget ante tempora Othonis Magni in usu fuisse hanc iuramenti formulam, atque eadem

*eadem operâ à Carolo Magno prestitum. Commentitium ergo sit necesse est, αὐτὸς ἔφα.* Nemo repugnet. At nos opponimus Ordinem Romanum, sic enim appellatur Ritualis liber, *de diuinis Catholica Ecclesia officiis & ministeriis per totius anni circulum*; quo Romana Ecclesia utitur; qui antiquissimus est, & vt Melchior Hittorpius præfat. in Liturgicos Auctores arbitratur, à Magistris Romanæ Ecclesiæ tum conscriptus, cum Stephano Pontifice, & Pipino primùm, deinde Carolo Magno procurante, diuina officia Romana cum Romano cantu in Galliam sunt introducta. Etiam Sigonius, cui Caluiniſta plurimum, nec immeritò, tribuit, *Ordinem Romanum*, antiquissimum nominat; quem si nugatoriis Caluiniſti cauillationibus non anteponeremus, parum utique vetustatis reuerentes essemus.

Ad primum argumentum respondeo, Gratianum illam iuramenti formulam, quæ plenior & perfectior est, in Canonum Volumen intulisse, non eam, quæ antiquior, breuior & contractior. Nam illa Othonis Magni, *Tibi Domino*. distinct. 63. expressè & disertè longè plura capita complectitur, quàm formula Carolina. Adde, forsan ideo in Decreto omiffam, non quia in rerum natura non fuerit, sed quia Gratiano ignota fuerit. Vt enim Gratianus *Polyhistoris* laudem mereatur; certè *omniscij* nomen & gloriam sibi nunquam vendicabit.

Ad secundum respondeo, Leopoldi verba esse ista. *Iuramentum autem tale ab Imperatoribus seu Regibus Romanis ante tempora dicti ΟΤΗΟΝΙΣ, &c. fuisse prestitum, non recolo me legisse.* Ecce Lupoldus seu Leopoldus dicit, *se non legisse, utrum aliquis Imperator vel Rex Romanus ante Othonem simile iuramentum præstiterit;*

stiterit; non autem dicit; *nullum simile iuramentum prastitisse*. Quis verò tam cœcus est, qui non videat, quanto discrimine duo ista distent? *Prastitum esse, non recolo me legisse*: Et; *Non fuit prastitum*. Et tamen Calvinista ex priore illo hoc posterius concludit; Et qui nouus mundo Gerontodidascalus exortus, Baronium toties Dialecticam docet, Sus scilicet Mineruam, hoc argumento lectoribus risum excutit. *Leopoldus dicit, se non meminisse, num ab Imperatoribus, Othonem primum antegressis, eiusmodi iuramentum Pontifici Romano prastitutum fuerit, quale à Gratiano affertur: ergo Leopoldus affirmat, iuramentum quod ex Ordine Romano affertur, esse supposititium: Ergo uera est supposititium, nulloque numero habendum*. Pulchrè & argutè: quasi Lupoldus omnia volumina, quæ in rerum natura erant, euoluerit: Et si euoluisset, recentem præsentemque omnium memoriam habuerit.

Deinde, qui dicit, se non recordari, num hoc vel illud legerit; is minimè eo ipso asserit, hoc vel illud in rerum natura non existisse; Innumera enim sunt, quæ, diligentissimus quisque & indefinens lectionis studiosissimus non legit; aut si legit, non meminit, num legerit. Qua ergo arte ex Lupoldi verbis illam suam conclusionem exsculpet?

Ad extremum, licet Lupoldus asseueraret, quod non facit, nullum Imperatorem ante Othonem simile iuramentum Pontifici præstitisse, an ideo Ordini Romano, libro antiquissimo, fidem abrogaret, & nos in suam sententiam ire cogeret?



CAPVT

## CAPVT V.

## De Epistola Caroli Magni ad Pipinum filium, Regem Italia. De Ecclesiastica immunitate.

**H**ANC Epistolam nimis admodum oculis in-  
tuetur Calvinista: Et parum abest, quin eam  
reiiciat. Mouetur tamen non nihil auctori-  
tate Sigonij, qui eam ex antiquis monumentis  
in librum quartum de Regno Italiæ transcripsit. Et ex  
Sigonio Baronius Tom. 9. Anno DCCC. 1. Neq; alia  
repudiandi causa suppetit Calvinistæ, nisi quia Eccle-  
siasticam libertatem, & ab exactiõibus immunitatem  
nimis apertè confirmat; & tricatur nescio quid *de styli  
inelegantiã*; quasi Carolus Magnus suis in scriptis Cice-  
ronis, aut alterius de meliore æuo flosculos consueue-  
rit sectari. Mox omnem inelegantiã hæc Epistola exuis-  
set, si Ecclesiis & Monasteriis tantum ademisset, quan-  
tum concessit. Nimirum in schola Calvinistarum sty-  
lus impolitus est, quicumque Episcopis, Clericis & Mo-  
nachis aliquid priuilegij concedit. Eam ob causam nil  
dubito, repudiat quoque Calvinianus Capitulum illud  
Caroli Magni, cuius initium; *In memoriam beati Petri  
Apostoli*, & c. apud Gratianum d. 19. Et in Concilio Tri-  
burienti cap. 30. Et illud; quod est apud eundem Gra-  
tianum 11. q. 1. c. 37. *Volumus*, & lib. 6 leg. Francic. cap. 281.  
quia nimis sunt illatina & inuenusta, vtpote nimis ma-  
gnas prærogatiuas Romano Pontifici & Episcopis lar-  
gientia. Exstat autem hæc Epistola Caroli ad Pipinum  
etiam inter Capitularia Caroli publicata à Vito Amer-  
bachio: vt proinde eam Sigonius primus non ediderit,

g

omnis-

omnisque suspicio de impostura, quam Calvinista finxit, in auras evanescat.

## CAPVT VI.

*De Testamento Caroli Magni.*

VVLGAVIT illud Pithœus. Transtulit in Tomum Nonum Annalium Illustrissimus Baronius: In quo ingenuè fatetur, sibi incompertum esse quodnam fuerit Examen vel iudicium Crucis, cuius in Testamento fit mentio: Et cum in Testamento Iudicium Crucis permittatur, lib. I. autem Capitularium cap. 108. qualibet *examinatio Crucis* prohibeatur; visum est Baronio illud ab hac distingui; & illud, licitum; hanc illicitam esse.

Ad quæ Calvinianus post prodigiosa conuicia: *Synonyma hac sunt, Baroni, & in hoc vsuali sermone æquivalent, sicut purgatio & probatio.* Ita quidem & ego sentio; sed num idcirco tantus vir tantis conuiciis insectandus & proscindendus erat, præsertim cum, quod dicit, non careat omni verisimilitudine? Nam quid tu contra hisces, si Baronius legem illam vetantem solum referat ad probationem & examinationem Crucis seu ligni de Cruce Dominica, de qua dictum à nobis est Tom. 1. de S. Crucel lib. 2. cap. 21. Et quam Mallonius in explicatione Sindonis cap. 4. ita describit. *Ferunt verū Christi Crucis lignum, sic cognosci, & probari, quòd & aqua iniectum non supernatet, sed statim submergatur; in ignem verò coniectum prunis ipsis quasi ignitum, candeat magis, nec absumatur.*

Clamas; *Sexcentis exemplis te Baronium docere possem, quid sit examinatio seu iudicium Crucis.* Cum ad rem ventum

tum

tum est, ne vnum quidem adducis, sed Baronium ad Cuiacium & Delrium ablegas. Quorum prior ipsemet nesciuit, quæ & qualis hac probatio seu purgatio per Crucem fuerit; Delrius lib. 4. Mag. Disquisit. cap. 4. q. 6. putat fuisse genus purgationis per sortes quibus se ad Crucem aliquam, ei manus imponens vel eam amplectens, quis expurgabat. Et subdit Delrius; Cruce ergo contendere, non aliud est, quàm ad Crucem stare. Stare vero ad Crucem; quid sit nescio, nisi id, quod dixi. Postea producit idem Delrius legem Frisonum de iudicio seu sorte Crucis. Sed de hac recopiosissimè à nobis disputatum est loco paulo antea nominato Operis de S. Cruce; quo lectorem remitto, si talium cognoscendorum cupidine teneatur.

Scribit Baronius, Carolum in Testamento suo nihil de Imperio Romano decreuisse; sed reliquisse hoc in arbitrio Pontificis, vt daret, cui vellet, vt pote, qui probè sciuerit, Imperium Romanum non esse hæreditarium. Hic Calvinista post ingentem conuiciorum nimbum in Illustrissimum Baronium effusum, vociferatur; *Carolus Magnus fecisse quatuor testaments; in scriptis tria; quartum, ἀγραφοῦ, sine scripto.* Et mox quasi sententiæ suæ contra Baronium suffragatores, citat Einhardum in vita Caroli, Aldhelmum Benedictinum in Annalibus Francorum Anno Dom. DCCC. XIII. Strabum Fuldensem in iisdem Annalibus Eod. Anno. Engolismensem Monachum in vita Caroli. Adonè Vinnensem in Chronico. Theganum Chorepiscopum Treuirensis. Anonymum in vita Ludouici. Philippum Schurgium, Canonicum Francofurtensem libro primo Collectan. de Vrbe Francofurtensi. Monachum Padebornensem in Vita CAROLI

Magnilib. 4. Istis Auctoribus citatis, è vestigio, *more suo solens*, horrificis in Baronium criminationibus tonat & fulminat, & eo impudentiæ progreditur, vt maximo, Illustrissimo & eruditissimo Baronio, diabolariis iste *litterio* accinere non erubescat: *In nunc Baroni, & perge nobis procudere Annalium scripta; (Quæ) tardipedi Deo daturi (sunt) infelicibus vstulanda lignis Imperator Augustus & Rex Catholicus.* Sed tu citius Vulcani pabulum fies, quã doctissimi illi Annalium Tomi. Ad rem. Ex omnibus Auctoribus quos adducit, nullus penitus dicit; Carolum Magnum *quatuor testamenta condidisse*; sed tantum hoc, à Carolo Magno, ætate iam ad præcipitium vergente, Ludouicum filium imperij cõsortem adscitum, & Imperialis nominis hæredem constitutum, & imposito diademate coronatum, *Imperatoremq; & Augustum* appellatum, quod ipse Baronius diligentissimè Anno Christi DCCC. XIII. ex Annalibus Francorum; ex Eginardo & ex Thegano annotauit, prolixè singulorum verbis exscriptis. Et tamen effrons iste ita Baronio insultat, quasi nec Eginardum, nec Francicos Annales, nec Theganum vnquam legerit, aut viderit; quorum nullus, vt antea dictum, quidquam de quatuor testamentis vel leuiter innuit: Et tamen iste audacissimè asseuerat, primum testamentum fuisse de *Regnis*: alterum *breuiatum* apud Eginhardum *de thesauris & re familiari*: Tertium, *in quo de filiarum, & ex concubina liberorum legatis disposuerit.* Quartum *nuncupatiuum*, quo Ludouicum Imperatorem nuncuparit. Et licet secundum Testamentum exstet apud Eginardum, quod ipse etiam Baronius ex Eginardo recitat Anno DCCC. XI. & quidquid sit de tertio; quartum tamen commentitium est, & in cerebro huius Calvinistæ natum, quia in comitiis & consilio

*lio generali*, vt loquuntur Annales, designauit Carolus Ludouicum in Imperatorem & Augustum. Neque vnquam ostendet nobis Calvinista eos ritus in hac designatione obseruatos, qui ad testamentum *nuncupatiuum* requiruntur; nisi velit ita delirare, vt quoties vel orientis vel occidentis Imperator aliquis, filium suum nuncupauit Imperatorem & Augustum; testamentum nuncupatorium condidisse censi possit.

Sed quidquid sit de hac nuncupatione, nunquam negauit Baronius id, quod iste verbosè ex variis Auctoribus adducit; sed tantum causam reddidit, cur in illo testamento, quod de diuisione Regnorum suorum inter filios; Carolus in Villa Theodonis Anno Redemptoris DCCC. VI. fecerat, nulla mentio Imperij Romani facta fuerit; nempè, quòd Carolus Romanum Imperium non pro hæreditario haberet, sed pro eo, quod ad dispositionem Pontificis spectaret, quæ ratio tam proba est & solida, vt alia ne fingi quidem verisimiliter possit: Quis enim credat Carolum in Testamento de Regnorum diuisione omisurum fuisse id, quod omnium potissimum erat, si id in arbitrio suo, non in Pontificis voluntate situm credidisset? Nam quod postea Anno Redemptoris DCCCXIII. Ludouicum Imperatorem nominauit, & diademate insigniuit, id Pontificis assensu factum par est credere; cum enim Carolus Leoni III. hunc honorem habuerit, vt ab eo Testamentum de diuisione Regnorum confirmari uoluerit, probabile sit, Leonem Carolo designandi Imperatoris potestatem fecisse; neque hæc Ludouici ad Imperium nominatio & coronatio aliud fuit, quàm designatio; & ita expressè loquitur Philippus Schurgius à Calvinista citatus; idemque inde liquet, quia postmo-



dum Anno Redemptoris DCCC. XVI. Ludouicus cum coniuge à Stephano Pontifice Imperator inunctus & coronatus est, vt docet Theganus lib. de Gestis Ludouici; *Et in proxima die Dominica in Ecclesia ante Missarum solennia coram clero & omni populo consecrauit eum, (Stephanus Papa) & vnxit ad Imperatorem, & coronam auream mira pulchritudinis & pretiosissimis gemmis ornata, quam secum apportauerat, posuit supra caput eius: Et Irmingardam Reginam, appellauit Augustam, & posuit coronam auream super caput eius.* Hæc Theganus, qui ibidem memorat, quanto honore Ludouicus Stephanum Pontificem exceperit; quæ quia Calvinianis grata fore non dubito, haud grauatè recitabo.

*Perrexit post Missam (non ergo erat Ludouicus Calvinista, quia Missam audiuit) Dominus Ludouicus obuiam supradicto Pontifici obuians ei in campo Magno Rhemensum. Descendit uterq; de equo suo. Et Princeps se prosternens omni corpore in terram tribus vicibus ante pedes tanti Pontificis & tertia vice erectus salutauit Pontificem istis verbis dicens: Benedictus, qui venit in nomine Domini. Vt hæc tibi arri- dent, Calvinista? qui mentitur, Baronij Annales fuisse in Hispania prohibitos; cum illa prohibitio non nisi ad vndecimum Tomum pertineat propter insertam disputationem de Monarchia Sicula.*

Illud placet, quod faterur, Ludouicum à Carolo Regem solummodo Romanum, quem veteres *Casarem* appellarint, creatum esse; quod Baronius adeo nõ negauit, vt inaugurationem istam Ludouici Anno DCCC. XIII. copiosè ex variis scriptoribus recita- uerit. Sed quæritur, cuius concessu hoc fecerit Carolus? Et cur non Imperatorem absolutum fecerit; & cur postea

postea à Stephano Pontifice consecratio, coronatio & vnctio Imperialis adhiberi debuerit?

Vide autem & obstupescere petulantissimam Caluiniſtæ huius Baronium traducendi pruriginem, ne dicã *ſcabiem*. Anno Domini DCCC. VI. Num. 24. vbi de Caroli Magni testamento agitur, irrepſit ſiue Typographi, ſiue Amanuenſis culpâ, error, ponentis pro *Eccleſia S. Petri; S. Papa.* quod erratum ipſemet Illuſtriſſimus Baronius in Appendice ad Tomum II. pro Anno DCCC. VI. palam corrigendum, & *S. Petri*, reponendum eſſe monuit; & in margine ibidem reſcribendum: *Reges Francorum conſtituuntur defenſores Romana Eccleſiæ: pro; Pontificum.* Anno itidem DCCC. XXXIX. Num. 2. vbi de Teſtamento Ludouici Pij ſcribit; veram ſcripturam adfert; nimirum, *Eccleſia S. Petri; non S. Papa.* Quid Caluiniſta? *Integrum, præter morem, laudat Baronius hunc locum, quem ſolito falſi crimine corruerat in Caroli Magni conſtitutione, contra Codd. M. SS. & Piſhæi, vnde exſcripſit, Mutijg. editiones.* Bona verba, quæſo, Caluiniſta. Legem nimis duram erratis Typographicis rogas, dum crimine falſi infamas. An non ſi ex hac tua lege, tecum ageretur, ad incitas res omnis tua redigeretur? An tua opera carent vitiis Typographorum & Amanuenſium? Res contrarium loquitur. Hæc facile condonarem & cõcoqueremus. Vtinam carerent veris falſi criminibus; mendaciis item ex propoſito effuſis, conuiciisq; & criminationibus in præſtantiſſimos quoſque virulentiffimè coniectis; quorum criminum, criminationum & mendaciorum quis tibi gratiam faciat, quandoquidem tu ex erratis librariorum Baronij tam ſollicitè

materiam Baronium infectandi quæriſ?

CAPVT

*De Epistola Ludouici Pij Imperatoris ad  
Arnonem Archiepiscopum Salisbur-  
gensem.*

**N**unc exscripsit Calvinista ex Catalogo testi-  
tium Illyrici, qui eam nescio ex quibus late-  
bris in lucem eduxit. Non reuocabo in du-  
bium Illyrici fidem. Bona fide egerit homo  
malæ fidei Illyricus. Quid tandem inde Calvinianus  
cum suo Flaccio ( cuius in hanc Epistolam notas expi-  
lavit ) euincere contendit? Istud nimirum. Imperatori  
omnes Episcopos, atq; adeo ipsum Papam, totumq; Clerum fu-  
isse subiectum: Id planum fieri ex hac Epistola, in qua Arnoni  
Imperator imperat, precipit, & ut præcepta fideliter capessat  
& exequatur; Pænis intentatis, mandat. Ex eadem Epistola  
liquet; Imperatorem Cleri disciplinam per leges abs se in Con-  
cilio Aquisgranensi latas constituisse; easq; leges ad Arnonem  
misisse, ut eas suo clero proponeret, ac promulgaret, graui mul-  
ta immorigeris proposita. Dicit etiam Imperator, Concilium  
Aquisgranense diuino nutu, suoq; studio fuisse congregatum:  
Ergo non Papali iussione, inquit Calvinista; quasi necesse  
sit provincialia Concilia à Papa conuocari. Quis hoc  
vnquam docnit?

Illud item addunt: Ex Epistola Ludouici satis appare-  
re Papam nihil iuris in Episcopos Gallia ac Germania habuisse;  
& non tantum non temporalem, sed ne spiritalem quidem gla-  
dium supra omnes Christianos habuisse.

Verum hæc & omnia alia huius generis nihil aliud  
sunt quàm fumi & nebula; nam regulas illas de disci-  
plina Clericorum & Monachorum non fecit Ludoui-  
cus,

cus, sed Concilium Aquisgranense; quamuis volente & iubente Imperatore; cui etiam à Concilio promulgatio nouorum Canonum & decretorum est permiffa, vt efficacius & certius ad effectum deduceretur, & in vsum inducerentur. Itaque quidquid Ludouicus ad Arnonem scripsit, id quasi vices Concilij agens scripsit. Quis autem abnuit, Imperatori vel alteri Principi promulgationem Canonum & executionem vrgendam demandari posse, si ita necessitas postulet? Hoc Ecclesiasticæ libertati nihil penitus derogat.

Quis præterea negat, Imperatorem vel Regem posse Episcopos Imperij vel Regni sui monere, vt ad Prouincialem Synodum conueniant? An ideo Episcopi & Clerici, quoad *vim coactiuam* principibus subiiciuntur? An ideo Papæ nihil est in Episcopos iurisdictionis; quia Episcopi in Prouinciali Synodo pro reformanda cleri disciplina leges condere, & Imperatori vel alteri Principi promulgandas committere possunt?

Appellat Imperator leges istas; *Formulas Canonice institutionis*. Quæritur, quænam sint istæ *Formule Canonice institutionis*. Illyricus arbitratur esse eam, quæ exstat Tomo secundo Conciliorum; putatque scriptam Anno DCCC. vel paulò pòst. Hoc non placet Caluinistæ; Et meritò quod attinet ad Annum Christi; nam Anno DCCC. necdum erat Ludouicus Imperator; Et tamen in titulo Epistolæ appellatur *Imperator*; quæ Epistola paulò post Concilium Aquisgranense data est; cum primis statim verbis dicat Imperator; *nuper id Concilium aggregatum* fuisse. Quoad priorem partem non malè sentit Illyricus.

Exstat nunc hæc *Formula Canonice Institutionis*, seu Concilium Aquisgranense, Tom. 3. Concil. nouæ edit.

Binianæ, Anno salutis DCCC. XVI. Stephani Papæ primo; & Imperatoris Ludouici tertio celebratum, centum & quadraginta quinque Capitulis comprehensum, quæ omnia propè ad disciplinam Ecclesiasticam pertinent; & ex scriptis sanctorum Patrum & Conciliorum monumentis deprompta sunt: de quibus accipi debent hæc, quæ apud Aimoinum leguntur lib. 5. de Gestis Francorum cap. 10. Et in vita Ludouici ab Anonymo conscripta, & à Pithæo publicata: *Imperator generalem habuit conuentum Aquisgrani: in quo quantum feruoris circa diuinum cultum pectoris gestaret in arca, toto declarauit adnissu, Congregatis enim Episcopis, nobilissimoq; sancta Ecclesia clero, fecit componi, ordinariq; librum, Canonica vita normam gestantem: in quo totius illius ordinis perfectio continetur, sicut recultus ipse fatetur. In quo etiam inseri iussit cibi, potusq;, atque omnium necessariorum summam: ut omnes tam viri, quàm sanctimoniales sub hoc Ordine Christo seruientes, nullis prapediti necessitatibus, libera seruitute Domino omnium militare meminissent. Quem librum per omnes ciuitates & monasteria Canonici Ordinis sui misit imperij, per manus missorum prudentium: qui illum in omnibus supradictis, facerent transscribi locis, debitaq;, atque conscripta exigere stipendia ministrari. Quæ res magnum Ecclesia contulit exultationis tripudium, & piissimo Imperatori debita cum laude immortale monumentum.* Hæc examussim conueniunt illi Institutioni, quæ sub nomine Concilij Aquisgranensis legitur. Baronius refert hoc Concilium ad Annum Domini DCCC. XVII. & conuenit Indictio, quæ est decima, Sed in Tomis Conciliorum disertè ponitur Annus Christi DCCC. XVI. Et tertius Ludouici.



impetu abreptus ita Baronij sententiam proponit, quasi totum, quod Anonymus Auctor, in Concilio Aquisgranensi statutum dicit; comprehendatur octoginta illis de Monastica vita ritè componenda Capitulis; quæ non est mens Baronij, sed fictio & chimæra huius Calvinistæ; qui insipienter prorsus refert constitutiones, de quibus Epistola Ludouici ad Arnonem; ad Annum Christi DCCC. XIX. Et vt hoc suum delirium stabiliat, per Crisin suam Auctores impudenter corrumpit, & præterea hoc scitissimum argumentum adiungit, *Quidam Auctores dicunt, Ludouicum Anno DCCC. XIX. Aquisgrani conuentum habuisse; ergo non est alius, quàm ille de quo Ludouicus Imp. in Epistola ad Arnonem loquitur.* Pulchrè. Quasi non sæpius eodem in loco conuentus Ecclesiastici celebrati fuerint, etiam sub Ludouico Imp. Et quasi ipse etiam Baronius Anno DCCC. XIX. silentio præterierit illum conuentum, quem Ludouicus eo anno in hieme habuit: vt proinde magna sit Calvinistæ huius vanitas, qui videri vult, non visa vel lecta Baronio proferre.

## CAPVT VIII.

*Defenditur Ludouici Pij Imp. Constitutio de rebus Romanæ Ecclesiæ donatis.*

**H**ERAT apud Baron. Anno Christi DCCC. XVII. Tom. 9. Annalium: & apud Sigon. lib. 4. de Regno Italiæ. Calvinista hanc Ludouici sanctionem *supposititiam* existimat. Rationes suæ opinionationis reddit, vt solet, perquam efficaces & robustas.

I. *Quia*

I. Quia nullus Historicorum Antonino vetustior huius cō-  
stitutionis meminit. Si obiicias, Leonem Ostiensem, qui  
lib. 1. Chron. Cassin. cap. 13 huius Decreti meminit; oc-  
currit Calvinista: Leonem non ita multo antiquiorem esse  
Antonino: Et tamen trecentis fermè annis Leo S. Anto-  
ninum antecessit. Sed trecenti anni, forsàn apud Calui-  
nistam tanti sunt, quanti hesternus dies, qui præteriit.

Si obiicias Leone longè vetustiore Anastasium  
Bibliothecarium huius constitutionis similiter testè;  
Respondet Calvinista; Anastasio apud nonnullos parum  
fidei esse & fuisse. Si quæras, qui nam sint isti Nonnulli?  
In promptu est responsio. Esse Calvinistas & Lutheristas;  
in quorum schola exiguæ fidei est, quisquis aliquid scri-  
bit aut testatur, quod ad Apostolicæ Sedis laudem ac  
gloriam faciat: Maximæ verò fidei est, quisquis Ponti-  
fices maledictis incessit. Si Anastasius scripisset, Ludo-  
uicum Ecclesiæ Romanæ nihil vnquam donasse; nec  
maiorum suorum donationes cōfirmasse; iam horum  
suffragio aureus Historicus esset.

Si pro hac Ludouici constitutione testimonium  
dicere iubeas Iuonem p. 5. cap. 14. Anselmum in  
Collect. Can. lib. 4. cap. 35. Gratianum d. 63. Ego Ludoui-  
cus qui omnes S. Antoninum ætate antegrediuntur;  
Occursabit Calvinista; istos non esse de Historicorum, sed de  
Canonistarum tribu; quasi nemo quidquam testari pos-  
sit, præter Historicos.

Tandem vniuersis scriptoribus opponit recentissi-  
mum Molinæum; qui sanè rem validis suis telis felici-  
ter conficit. Nam I. Anastasius Bibliothecarius & Gra-  
tianus non sunt audiendi. Ratio est; quia adulantur Papa.  
At verò Pseudobenno ille patulis auribus audiri debet.  
Ratio est; quia Gregorium VII. & alios nonnullos



Pontifices horrificis criminationibus lacerat; & Capitale in eos odium vbiq; spirat. Verissima igitur censeantur oportet, quæcunq; vt egereret, splendida bilis suggestit.

II. Volaterranus lib. 3. *Geographia longè aliter, quàm Anastasius & Gratianus hanc Ludouici sanctionem refert.* Id vt ita esset, quibus potius habenda fides; Anastasio & Gratiano, qui aliquot sæculis Volaterranū anteierunt; an Volaterrano, scriptori nupero, & in farraginem suā non tam accurata & exasciata, quàm multa importare consueto? Erat Anastasius S. R. E. Bibliothecarius. Etiam primigenia & autographa priuilegiorum Diplomata inspicere poterat. Et quisquam erit tam inuidè temerarius, & tam temerariè inuidus, qui de Priscis rebus & à suo sæculo non adeo longè distitis scribenti, Volaterranum prope dixeram hesternum, certè necdum canum, anteferre ausit, præsertim cum vetusta huius diplomatis exemplaria codicum Vaticanorum stent à partibus Anastasij; vt Baronius testatur, qui hos codices vidit, & tam inter se, quàm cum aliis contulit.

III. *Gregorium VII. Benedictum XII. & alios Pontifices suas electiones non defendisse ex hac Ludouici sanctione; sed aliis argumentis causam suam tutatos esse; id argumentum præbere, Pontifices istos nihil de hac Ludouici donatione & concessione sciuisse.* At ego quæro, vnde norit Molinaus, Gregorium VII. & alios hanc defensionis rationem non vsurpasse? An quia scriptum non est? Num nihil gestum, nisi quod est scriptum? Et si vsi non fuere, ideo vsi non sunt, quod viderent huiusmodi antiquiorum Imperatorum ac Regum diplomata tanti à schismaticis Imperatoribus & Regibus eorumque aßeclis fieri;

qua n-

quanti hodie fiunt à nostris Nouatoribus; contra quos si quid huius generis depromatur, è vestigio in largum risum soluuntur, fraudesque ac imposturas intonant. Quæ autem Molinæus de Gregorio IV. Eugenio II. Paschali; & id genus aliis Pontificibus eorumque electione garrit, ea omnia iam expedita & refutata sunt Tom. 2. Defens. Bellarm. lib. 4. de Pontif. cap. 13. vt & illa, quæ de Constantino Pogonato blaterat; nam similes nãnias attulit eo loco à nobis refutatus Schardius, in suo quodam libello de Pontificum electione; & quidem nugæ tam similes attulit; vt videatur expilasse Molinæum; vel iste illum.

## CAPVT IX.

*De Exauetoracione Ludouici Pij, Imperatoris.*

**E**XTRA inter duodecim Historicos coactaneos à Pithæo olim publicatos, & apud Baron. Tom. 9. Anno DCCC. XXXIII. Nec aliquid notandum occurrit, nisi Calvinistã Illustrissimo Baronio luculentã iniuriam facere, quando ei imponit, quasi dicat; *Historicos hanc Exauetoracionem ideo execrari, quod ab Episcopis facta fuerit inuito Romano Pontifice; istam non esse causam, sed quia soli Episcopi sibi sumpserint, quod Laicos proceres & vniuersos Imperij Ordines aquè attinebat.* Nescio cur, nisi ex mordendi prurigine, Calvinianus hoc figmentum Baronio affixerit. In Baronio certè non inuenitur. Nam licet Gregorius IV. factioni contra Imperatorẽ se adiunxisset, (absit autem, vt sese adiunxerit, quia alia mente

in

in Gallias non venit, nisi ut inter partes discordantes sequester esset) non ideo infame hoc factum excusaretur, quandoquidem nulla in Ludouico Pio erat culpa, quæ tantam pœnam mereretur: quomodocumque illud suis in scriptis, quæ jam in publico versantur, comere tentet Agobardus Episcopus Lugdunensis, non postremus ex illis, quorum machinis Ludouicus in eam miseriam deuolutus est.

Nec soli Episcopi huius abdicationis auctores extiterunt, ut Calvinista scriptitat; quo Episcopos in maiorem inuidiam vocet, sed & alij innumeri tam ex primoribus, quàm ex popularibus contra Imperatorē cornua sustulerunt, ut notum est ex historiarum monumentis.

Gregorii I V. Pontificis in Gallias aduentus suspectus quidem erat Ludouico; ut cum aliunde liquet, tum ex Opusculo Agobardi *de comparatione vtriusq; Regiminis Ecclesiastici & Politici, & in quibus Ecclesiarum dignitas præfulgeat Imperiorum maiestati*. Sed tam Agobardus verbis, Gregorium, tam ipse Gregorius I V. factis seipsum satis, ab hac iniqua suspitione purgavit, quam in mentem suam Ludouicus Pius nunquam admisisset, nisi susurriones, qui nusquam desunt, tam exulcerato præsertim tempore, oleum camino addidissent: Ex quorum numero etiam illi erant forsitan Episcopi, qui à Ludouici partibus, & quidem merito stantes, Gregorio tamen licet vocanti, se sistere volebant: quos Agobardus in alteris castris militans, exagitat data ad eos Epistola, quæ prædicto libello *de Comparatione vtriusque Regiminis*, subiicitur: cuius exordium; *Romano Pontifici scribentes, &c.* licet autem inscriptio desit, res tamen ipsa & materies clamat, non  
ad

ad Ludouicum, sed ad antistites, qui cum Ludouico erant, sermonem dirigi; qui summo Pontifici tam familiares videri volebant, vt cum suis in litteris *fratrem* appellarēt; quod Agobardus in illis meritò reprehendit tanquam à consuetudine ætatis illis prorsus alienum.

## CAPVT X.

*Concilium apud Theodonis Villam à XXII. Episcopis aduersus percussores clericorum, occasione Joannis Episcopi congregatum tempore Leonis III. Papa.*

**H**ic titulus est. Exstat Tom. 3. Conciliorum nouæ Edit. fol. 470. 471. post decreta subiicitur alius titulus, *Capitulum Ecclesiasticum apud Theodonis Villam à Carolo Magno & Ludouico & primis Gallia collaudatū & subscriptum.* Calvinista inprimis mutat vtrunque titulum non sine impostura. Ita enim format, quasi Synodalia illa statuta à solis Imperatoribus Ludouico & Lothario condita fuerint; Ex quo tacitè vult concludi; Imperatores olim Episcopis aliisque Ecclesiasticis arbitrato suo iura dedisse, & leges, prout libebat, præscripsisse. Audi non tam titulum, quàm imposturam. HLudouici Pij & HLOTHARII F. Imperatorum Augustorum Capitula de percussoribus Clericorum cum inserta Synodo Triburiensi Anno Christi DCCC. XX. celebrata; statuta apud Theodonis Villam in Comitibus Imperialibus Anno Domini DCCC. XXI.

Alterum titulum ita instituit. *Capitula Ecclesiastica apud Theodonis villam à HLudouico Pio & HLothario Imperato-*

ratoribus constituta & à primis Gallia & Germania collaudatum est subscriptum. Parce, quæso, Prisciano, si veritati nõ lubet parcere. Priscianus scriberet; *Collaudata & subscripta*. quia respondere debent illis duabus voculis: *Capitula Ecclesiastica*. Sed hoc leuiusculum.

Illud graue & acriter reprehendendum, quod iste, & hic, ( vt & alibi passim ) pro libidine sua titulos novos fingit, expunctis antiquis, eosque tam ineptos, vt cum re subiecta non magis conueniant, quàm cum corpore humano caput equinum. Quæso, qua auctoritate hanc tantam licentiam sibi sumit? Quo Codice, quo exemplari fretus inscriptionem antiquam Concilij in Theodonis villa celebrati mutat, & nouam substituit, vt & illam Capituli illius, quod huic Concilio proximè subiicitur? Ego sanè causam aliam non inuenio, quàm immensum omnia nouandi cacoëthes: quo impulsus ex Synodo Ecclesiastica, *imperialia comitia* nobis procudit. Et vt materiã Catholicos scriptores Surium, Binium, Baronium, Serarium, Wionem insectandi habeat, beneficio, vel potius veneficio, suæ critices numerũ Anni DCCC. XII. quo Concilium in Theodonis villa signabatur in editione Suriana, transformat in Annum DCCC. XXI. Si facti rationem petas; aliam non dabit; nisi numeros fuisse inuersos, & sic restituendos, vt ipse, ope Critica restituit. Si non acquiescas, sed vltèrius vrgeas, vnde constet, *numerum illum fuisse vitiatum*, Respondebit; sic visum sibi, sic placitum. Hic nil amplius exigendum; non posse omnium placitorum causam reddi.

Præterea SURIUS numerum illum DCCC. XII. non retulit ad Capitulum, quod titulo Caroli Magni & Ludouici Pij subiicitur, sed ad Synodũ in Theodonis villa habitam; at Calvinianus refert hunc numerum ( licet  
notis

notis hunc in modum transpositis DCCC. XXI.) ad illud Capitulum; & ad Synodi Theodonis Villanæ non celebrationem, (quæ secundum ipsum contigit Anno DCCC. XX.) sed ad coniunctionem cum illo Capitulo, In summa, more Sutoris aut Sartoris corium aut pannum, quoad tandem ad propositam calcei aut thoracis formã, quadret; mutantis, detruncantis, extendentis, contrahentis, omnia iste mutat, truncat, addit, demit: donec tandẽ ex *Theodonis Villa* fiat *Triburia*; ex *XXII. Episcopis*; triginta duo. Et ex Anno *DCCC. XII.* Annus *DCCC. XX. & DCCC. XXI.* Et ex *Carolo Magno, Lotharius. Ex Auo, N E P O S.* His feliciter confectis iunguntur æquẽ feliciter disiunctissima; Synodus Theodonis Villana cum Capitulo non paucis annis recentiore, vñ infra videbimus.

Licet autem difficile definitu sit, quo tandem anno hæc Synodus celebrata fuerit propter diuersas doctorũ virorum sententias; tamen Anno demũ *DCCC. XX.* celebratam esse, & anno sequenti iunctã cum Capitulo, ante hunc Calvinianum nemo asseruit; quidquid sit de Anno *DCCC. VI.* qui Baronio visus; vel *DCCC. XII.* q. in *Tomis Conciliorũ* notatus; nam Baronius meliora edoctus sententiam mutauit, & quæ Annis *DCCC. VI. & DCCC. XII.* differuerat, retractauit in Appendice ad Tomum vndecimum adiecta pro Tomo nono, Anno *DCCC. XIII.* quo anno Synodi Moguntina & Rhemensis habitæ sunt, quas Synodo in Theodonis Villa priores esse, euincitur ex nominibus Episcoporum Moguntini *Richolphi. & Vulfarij Rhemensis*; qui antecesserunt *Haisulphum Moguntinum & Ebbonem Rhemensem*, qui in Concilio Theodonis Villano nominantur.

Nam quòd Calvinista pro se citat Strabum Fuldensem, nugas agit; Strabus enim Anno DCCCXXI. ita scribit. *Deinde (Ludouicus Imperator) in Villam Theodonis omnes, qui suo tempore in exilium missi fuerunt, reuocauit, & singulos in statum pristinum restituit, possessiones quoque, iudicio legis in fiscum redactas magna liberalitate restituit.* Quid hæc verba ad Synodum Ecclesiasticã in Villa Theodonis habitam contra Clericorum percussores? Quid hæc exulũ restitutio ad statuta contra Clericorũ violatores? An Ludouicus in Villa Theodonis nunquã fuit, nisi quando in ea cœtus trigintaduorum Episcoporum cõuenit, vt dispicerent, qua ratione inualescenti aduersus Clericos tyrannidi obuiam iretur?

Adhæc, quale hoc flagitium, absque vllius manuscripti exemplaris præsidio, mutare statim prima Synodi Theodonis villanæ verba; imò totam Synodum ex Villa Theodonis tollere, & Triburiam transferre? Exordium Synodi sic habet. *In Concilio apud Theodonis Villam, vbi interfuerunt 32. Episcopi, &c. Quid Criticus? In Concilio apud Triburiam, vbi interfuerunt, &c. Meo periculo, inquit, restituendum est: In Concilio apud Triburiam.* O magnam huius Calvinistæ potentiam, qui tam facillè Villam Theodonis in Triburiam conuertit. Et rem factã haberet; si Lectores fungi essent, nec absurditatem & temeritatem facinoris istius animaduertent. Quid autem stultius, quàm tale quid contra omnium Codicum fidem tentare, ex sola mentis præcipitatione, ne dicam, rabie, qua excoecatus omnes secum inscitia subeundæ periculo expositos cupit, non sine grandi existimationis iactura.

Nec causam Calvinistæ huius meliorem & probabiliorem facit Capitulum, quod subiicitur sub nomine  
Caro-

Caroli Magni & Ludouici filij, in quo bis mentio fit *Triburia*: loquitur enim Capitulum illud de illo Triburiensi Concilio, quod celebratum est Anno Domini DCCC. XC V. sub Formoso Papa, & Arnulpho Rege, vt manifestissimè liquet ex his Capituli verbis: *Si quis per industriam Episcopum occiderit, iuxta id, quod apud Triburiam à viginti duobus Episcopis decretum est, & quod ibi à nobis & primatibus totius Germania benigna collaudatione collaudatum & subscriptum est, pœniteat*: nam Triburiensi Concilio interfuerunt viginti duo Episcopi; quos Caluinista mutat in *triginta duos* vt eo facilius ex Synodo Villæ Theodonis Triburiensem extundat. Sed si omnium Codicum fidem & auctoritatem insuper habere velimus, nullius profecto laboris fuerit, ex quolibet Concilio quodlibet conficere. Monstret Caluinista Codicem huius Capituli Ecclesiastici, in quo plures quàm viginti duo Episcopi compareant.

Dices: In Concilio Triburiensi nihil statui nominatim de voluntaria cæde Episcopi; statui autem in ea Synodo, quam nos apud Theodonis villam peractam dicimus; & quæ Tomo 3. Conciliorum Capitulo huic immediatè anteponitur. Respondeo, sanciri hac de re capite quinto; vbi nomine *Sacerdotis*, etiam Episcopus comprehenditur. Rectè autem obseruauit Illustris. Baronius Anno DCCC. XII. hoc Capitulum, neque Caroli, neque Ludouici esse posse; cum in eo mentio fiat Triburiensis Synodi tanto tempore post Carolum Magnum & Ludouicum celebratæ. Neque debitam stationem tertio Conciliorum Tomo obtinet; quia Triburiensem Synodum subsequi, non antegredi deberet. Et ipsemet Caluinista Carolum Magnum ex inscriptione Capituli expulit, substituto in eius locum Lothario,



quia clarè vidit, Carolo Magno nihil loci hic relinqui posse.

## CAPVT XI.

*De Constitutione Lotharij I. Imp. De Electione Romani Pontificis & Legibus Romanorum.*

**C**ALVINISTĀ hīc solenne suū tenet, Illustrissimū Baroniū cōiiciis incessit: hoc sibi negotij datum existimat. Exordium cōstitutionis in suspicionem fraudis vocat, quia aliquid complectitur, quod ad Calvinianum stomachum nequaquam facit. *Volumus vt ad electionem Pontificis nemo audeat venire, neq; liber, neq; seruus, qui aliquod impedimentum inferat, exceptis illis tantum Romanis, quibus antiqua fuit consuetudo concessa per constitutionem sanctorum Patrum eligendi Pontificem. Quod si quis contra nostram iussionem facere ausus fuerit, exilio afficiatur.* Quærit, vnde hæc paragraphus sit petita? Facilis responsio. A Lothario, qui huius Constitutionis conditor est. Ait; *non comparere in legibus Longobardicis.* Nec est necesse; sufficit si in ipso diplomate Lotharij appareat, vt certè apparet; nam ex vetustis tabulis à Sigonio lib. 4. de Regno Italiz fideliter descriptum est, & postea à Baronio Anno DCCC. XXIV. repetitum; neque hæc constitutio ex lege Longobardica lib. 11. tit. 57. desumpta est, sed lex ex constitutione. Quapropter collector legum Longobardicarum suas ob causas primam sanctionis huius paragraphum præterire potuit.

Ait Baronius, in ipso constitutionis ingressu velle Imperatorem, vt electiones Pontificum Romanorum fiant ex præscripto sacrorum Canonum: Et hinc etiam elu-

elucere vanitatem Sigeberti, scribentis, electionē Romani Pontificis pertinere ex priuilegio Pontificio ad Imperatorem. Occlamat Calvinista: *Lotharium nil aliud velle quàm vt ne quis electionem turbet; Et hoc non tantum gantum esse per Canones in Pontificis electione; sed in omnium omnino Episcoporum electionibus.* Tenebras lectori offundit iste, ne lucem videat. Verba perspicua sunt; perspicuum sensum habent; nam non tantum mandant, ne quis Pontificis Romani electionem turbet; sed & hoc; vt ius Pontificem eligendi integrum & illibatum custodiatur illis, quibus id per sanctorum Patrum constitutionem conuenit. Neque paragraphus ista de electionibus aliorum Episcoporum vllum verbulū facit.

Sed vide sis insignitè cōmemorabilem vel inscitiam, vel incogitantiam, vel malitiam huius Calvinistæ. Verba illa: *Exceptis illis, &c. quibus antiqua fuit consuetudo concessa per constitutionē sanctorum Patrum, &c.* illa inquā verba, *exceptis illis* explicat de constitutionibus; quasi Imperator dicat; *exceptis illis constitutionibus, &c.* nam statim subiicit Calvinista. *Et qua sunt ista constitutiones Baroni? Nimirum illa, quibus constitutio (ea hinc uat' excludit) nomine vnitatis intelligitur) sancti patris Hadriani (loquitur ironicè) Pontificis Romani à successoribus est cōfirmata & ratificata.* O logos inaniſsimos. Quis vnquā Pontificū Romanorū, q̄ Hadriano vsq; ad Lothariū successerūt, meminuit illius Hadriano per crimen falsi affecti priuilegij? num Leo III. Num Stephanus? Num Paschalis? Num Eugenius? Num Valentinus? Num Gregorius I V. nam is in Pontificatu annum 14. agebat, quando Ludouico mortuo, Lotharius successit. Nullus penitus, nullus, inq̄, horum vel sequentium Pontificū huius stramentitij priuilegij meminuit, tantum abest, vt aliquis illud confirmarit.

Dein-

Deinde an nō apertè indicant verba Lotharij, quorum spectent illa? *Exceptis illis tantum, &c.* An non subditur; *Exceptis illis tantum Romanis.* Et iste audacissimè interpretatur; *Exceptis illis tantum constitutionibus.* Quis, obsecro, sensus ex hac Calvinistica peruersione & peruersitate nascetur, nisi iste. *Volumus, vt ad electionem Pontificis nemo audeat venire neq; liber, neq; seruus, &c. exceptis illis tantum Romanis constitutionibus, quibus constitutionibus antiqua fuit consuetudo concessa per constitutionem sanctorum Patrum, id est, Adriani Papæ.* O nugacissima deliria. An non hoc dicit Lotharius? *Nemo ad electionem Pontificis veniat, &c. exceptis illis duntaxat Romanis, quibus id ex constitutione sanctorum Patrum, id est, ex sacris Canonibus competit.*

Recitat Baronius ex Aimoino lib. 4. de gestis Francorum cap. 112. de Lothario Romam misso, sequentia verba. *Lotharius verò iuxta patris præceptum Romam profectus ab Eugenio Pontifice honorificè suscipitur. Cui cum iniuncta sibi patefaceret, statum populi Romani iam dudum quorundam præsulum peruersitate deprauatum memorati Pontificis beneuola assensione ita correxit, vt omnes, qui rerum suarum direptione grauiter fuerant desolati, de restitutione bonorum suorum, qua per illius aduentum DEO donante prouenerant, magnificè essent consolati.*

Ad quæ Calvinista. *Hinc concludis, (Baronium alloquitur) Pontificem Romæ omnimodam habuisse potestatem. Quare? Quia Imperator sine eius assensione nihil gesserit. Hæc in auidia, & mox de fano contumeliæ & impudentiæ Calvinianus mysta conuiciari incipit. Nos audiamus Baronij verba, & corruet calumnia. Intelligis, Lector, quàm expressè Auctor (qui scripsit vitam Ludouici Imperatoris) affirmet, cuncta à Lothario Romæ gesta, non nisi ex bene-*

beniuola, ut iisdem utar verbis Auctoris, assensione memorati Pontificis (Eugenij) acta esse. Hæc sunt Baronij verba; non plura. An non cum Anonymo illo scriptore concinunt? An non concordant? An non dicit scriptor ille, quod Baronius eum affirmat dicere?

Sed en Paraphrasin etiam innominati illius Auctoris nobis Caluinista apportat. *Verba mihi considera*, inquit, *Considero. Perge. Cives Romani à peruersis præsulibus, id est, Pontificibus vel Papis, possessionibus suis spoliati, Imperatoris auxilium implorauerunt. Mittit Ludouicus cõsortem Imperij filium Lotharium, qui omnem rem componat. Quo Papa percussus & honorificè Imperatorem excepit, nec contradixit suis ciuibus possessiones vindicanti & addicenti.*

Hæc Caluinista: prorsus improbè; nam Lotharius in Urbem venit, ut exortum schisma in electione sedaret, & his, quæ inde oriri solent, direptionibus finem imponeret. Hoc his verbis clarissime traditur apud Aimoinum lib. 4. cap. 112. *Legati Romani Pontificis (Pascualis) Romam regressi, eundem valida infirmitate detentum, ac morti proximum inuenerunt. Qui etiam, paucis post aduentum illorum exactis diebus, vita decessit. In cuius locum, cum duo per contentionem populi fuissent electi, Eugenius Archipresbyter tamen tituli S. Sabinae, vincente nobilium parte, subrogatus, atq; ordinatus est. Cuius rei nuncium cum Quirinus Subdiaconus, vnus ex his, qui priori legatione fungebantur, ad Imperatorem detulisset, conuentu circiter VIII. Kalend. Iulij pronunciatu, atque Compendij habito, ipse ad Britannicam expeditionem per se faciendam animo intento, Lotharium filium, Imperij socium, Romam mittere decreuit: ut vice sua functus, ea, quæ rerum necessitas flagitare videbatur, cum nouo Pontifice, populoq; Romano statueret, atque firmaret.*

En tibi causam, cur Lotharius Romam venerit; quia schisma erat, & multi tam ex præsulibus, hoc est, Episcopis, quàm ex populo, Eugenio legitimè electo resistebant. Hinc cædes & deprædationes, & mutæ iniuriæ, quibus sedandis Lotharius in urbem accersitus venit non à Romanis, sed ab ipso Pontifice, seu nuncio eius; ita enim apud Aimoinum scriptum est. *Cuius rei* (hoc est, schismatis) *nuncium, cum Quirinus Subdiaconus, vnus ex his, qui priore legatione fungebantur, ad Imperatorem detulisset, &c. Lotharium filium, Imperij socium, Romam mittere decreuit, vt vice sua functus, ea, quæ rerum necessitas flagitare videbatur, cum nouo Pontifice, populoq; Romano statueret atq; firmaret.* Quæ omnia longè aliter tinniunt, quàm nolæ Calvinisticæ. Quod si illud; *Peruersitate Præsulum*; referatur ad ipsos Pontifices; glossam lenientem petemus ex Anonymo Auctore, qui Ludouici Imp. vitam litteris mandauit, quemque Pithœus euulgauit; qui hac de re loquens ita scribit; *Repertum est, quod quorundam Pontificum vel ignorantia vel desidia, sed & iudicium quorundam cæca & inexplebili cupiditate multorum prædia iniuste fuerint confiscata.* Quæ verba minimè significant Romanos rebus suis ab ipsis Pontificibus fuisse spoliatos, vt benignus iste Interpretes interpretatur; sed Pontificibus vel ignorantibus vel non obstantibus, id ab aliis factum esse. Et quare non obstiterunt? Quia videbant se obstando nihil effecturos, vel aduersariis obstando ansam daturus, vt violentius adhuc in Romanorum & Ecclesiæ facultates grassarentur. Quod prudentiæ est, licet ab Auctore prædicto perperam *desidia* adscribatur. Quid quod Paragraphus tertia, vt Calvinista loquitur; euidenter omnem culpam à Pontifice in hac

hac bonorum occupatione remouet. *De rebus Ecclesiarum iniuste occupatis per occasionem, quasi licentia accepta à Pontifice, & de iis, quæ necdum reddita sunt, & tamen fuerunt absq. potestate Pontificum occupata; volumus, vt per legatos nostros restituantur.* Vbi vides, Pontifices non intulisse, sed passos esse iniuriam; perque hanc sanctionem in integrum restitui.

Ait Baronius: Imperatorem, etiam in his, quæ ad Politicum vrbis statum pertinent, primas deferre Pontifici. Innotat Calvinista. *Quot verba, tot mendacia.* Factor id de verbis tuis, non de Baronianis. Audiamus verba constitutionis, ex quibus Baronius assertionem suam collegit. *Volumus, vt cunctus populus Romanus interrogetur, quæ lege velit viuere, vt eâ, quæ professus sit viuere velle, viuat: eiq. denunciatur, vt hoc vnusquisq. sciat, tam Duces, quàm Iudices, vel reliquus populus. Quod si in offensionem suam contra eandem legem fecerint, eidem legi, quam profitentur, ex constitutione Pontificis, & nostrâ, subiacebunt.*

An non sat clara hæc verba? An non primæ deferuntur Pontifici in rebus ad politicum vrbis statum pertinentibus? An non præponitur Pontifex Imperatori? Sed Calvinista *oppressulatam habet frontem*, agnoscis tuam dicta; Hinc ex crisi sua lectionem Constitutionis inuertit, & ad suum propositum adaptat; vociferans ita legi in leg. Longobard. lib. 2. tit. 57. At iam supra dixi, constitutio non est sumpta ex lege Longobardica; sed hæc lex transcripta est ex constitutione. Quocirca videndum, non quæ scriptura sit in lege Longobardica, sed quæ in constitutione. Constitutio autem ita concepta est prout primitus à clarissimo Sigonio ex

vetustis tabulis transcripta est, & postea à Baronio repetita. Abi tu cum tua Critica, & quidem eò, vbi cerui cornua abiiciunt. Quantus sis in Critica, etiam præcedente constitutione perspicuè declarasti, quando verba illa ex vita Ludouici Imp. de libro Concilij Aquigranensis pro reformatione cleri; *in quo totius illius Ordinis perfectio continetur, sicut reclusus ipse fatetur*; ita explicasti: *sicut reclusus*, id est, Monachus; vbi Criticum tuum peccus non aduertit, mendum subesse editioni Pithœanæ; legendumque; *reclusus*, hoc est, *reformatio* vt habet Parisiensis editio Aimoini lib. 5, de gestis Francorum, cap. 10.

Et quamuis in legibus Longobardicis pars huius constitutionis recitetur verbis paululum mutatis, id tamen non refert; quia & Canonum & legum seu collectorum seu conditores non semper eadem prorsus verba, vnde Canonès vel leges sumunt, annumerant; sed interdum quædam mutant, vt plurimis exemplis ex Gratiano & aliis Decretorum collectoribus monstrari posset, si hoc ageretur in præsentia. Idem ergo factum in constitutione Lotharij, quando eius pars in leges Longobardicas translata est.

At siue legas; vt est in lege Longobardica: *Quod si offensionem contra eandem legem fecerint; eidem legi, qua profitentur viuere per dispensationem Pontificis & nostram, subiacebunt*: siue legas; prout à Sigonio & Baronio refertur. *Quod si in offensionem suam contra eandem legem fecerint, eidem legi, quam profitentur, ex constitutione Pontificis & nostra, subiacebunt*: idem prorsus sensus erit, nimirum, Pontifici ab Imperatore primas fuisse concessas etiam in statu Politico Urbis Romæ constituendo; Hic iterum obserua Criticam Calvinistæ imposturam. In  
legi-

legibus Longobardicis dicit Lotharij sanctionem ita concipi: *Eidem legi, qua profitentur viuere per dispensationem Pontificis, & nostra subiacebunt*: Subditque mox horribile mendacium: *Quam lectionem pro recta & genuina agnouit Gregorius XIII. in Notis ad cap. Vestram 13. dist. 10. nam mea editio legum Longobardicarum cum scholiis Nicolaj Boherij, & ipsa Annotatio Gregoriana ad dictum cap. Gratiani ita habet, vt antea dixi; nempe; Eadem legi, qua profitentur viuere, per dispensationem Pontificis & nostram, subiacebunt.* Calvinista haud obscura fraude illud *nostram*, commutat in *nostra*, quia alius sensus, Pontifici non adeo honorificus, inde resultat: neque Gregorius XIII. vel potius doctissimi illi viri, qui emaculando Gratiani Decreto operam dederunt; alteram lectionem, quæ ex ipsis tabulis sumitur, reprehenderunt, aut huic postposuerunt; sed partem hanc constitutionis ita, vt eam in legibus Longobardicis repererant, recitarunt, nulla alterius lectionis mentione facta; Et vt iam dixi, idem est siue illo, siue hoc modo legas; quia sensus est, eos, qui deliquerint in legem à se electam; subiectos fore eidem legi quam ex constitutione seu dispensatione, hoc est, ex concessione Pontificis & Imperatoris profitentur, hoc est, amplectuntur.

Vltima constitutionis paragrahus ita habet. *Quisissimè admonemus, vt omnes homines, sicut Dei gratiam & nostram habere desiderant, ita prestent in omnibus obedientiam ac reuerentiam huic Pontifici*, hoc est, Eugenio; Ex quo manifestè liquet, Lotharium venisse Romam, vt legitimo electo Pontifici rebelles, ad obedientiam cogeret. Calvinianus Glossographus hac tanta paragraphi huius luce perstrictus, ac fermè excoecatus, glossat



illud; *Omnes homines*, hoc glossemate; *Romani scilicet*: quasi Lotharius tantum iusserit, *ut Romani Eugenio obediant; non alij extra Romam*: Sed verba generalia sunt: Comminatio etiam generalis; nam proculdubio omnes omnino homines gratiam Dei; & omnes Lotharij subditi gratiam Imperatoris habere desiderabant. At illos, qui & gratiam DEI & Imperatoris obtinere cupiebant, iubet obtemperare Pontifici; ergo omnes.

Nec refert, quod constitutioni ferendæ Romani dederunt occasionem; nam & sanctioni ex particulari casu natæ generalia mandata inferi possunt; ut quotidiano usu compertum est, & quarta paragraphus loquitur disertè de illis, per quos iudiciaria potestas non tantum in vrbe, sed & in cæteris prouincijs exercetur; Ergo & vltima paragraphus non tantum ad illos, qui Romæ erant, sed & ad alios, spectat.

Verùm, ut critici sui nasi sagacitatem magis patefaciat, scrupulum nobis iniicere conatur quasi Paragraphus iste (esto tandem hæc dictio masculina) sit spurius & supposititiuus: Qua de causa? Aliam nunquam reddet, nisi hanc, quòd nimis apertè ad obedientiam Pontifici præstandam immorigeros compellat. Si Imperator ita edixisset; *Volumus ut nemo huic Pontifici obediat*; iam nihil his verbis in mundo sincerius & germanius fuisset.


Occidit Calvinista: *Lotharium velle solummodo, ut haic, nempe Eugenio, obedientia præstetur; non simpliciter cuiunque Papæ. Esse hoc priuilegium personale, ac proinde non transgredi personam*. Has phlyarias discutit occasio huius constitutionis, quæ erat schisma & rebellio contra Eugenium legitimè electū: quia enim multi erant, qui Antipapæ cuidam adhererent; (nam, mortuo Paschali,

schali, duo, per populi contentionem fuerant electi, vt dicitur apud Aimoinum lib. 4. cap. 112. ) ideo signatè mandauit Lotharius, vt huic, nempe Eugenio, omnes obtemperarent; minimè interim abnuens, similem obedientiam præstandam esse cuicumque alteri legitime electo Pontifici & Eugenij successori.

Illud lepidum est, quod dicit Calvinista, *Eugenium Roma à Lothario Imperij Vicarium constitutum fuisse*. Quis risum teneat, quando hæc tam sinuosa falsitatis diuerticula videt? Quibus, obsecro, verbis *Vicariatus* iste designatur? An quia Pontifici semper priores deferuntur? An quia ab electione Romani Pontificis omnes arcentur, quibus ex sacrorum Canonum præscripto, vt interfint, non competit? An quia mandat, vt omnes Eugenio obediant? O Calvinisticam versutiam, quid non molitur, vt veritatis lucem obfuscet?

## CAPVT XII.

*Constitutio de pace Confluentana sub Ludouico Juniore Imperat. Anno Christi DCCC. LX.*

 STAT hæc seu constitutio seu conuentio apud Illustriss. Baronium Tom. 10. Anno Redempt. DCCC. LX. Ex quo eam Calvinista exscripsit: nec tamen eruditissimo Baronio aliud Mineral dependit, quàm conuicia & calumnias: An non enim calumnia insignis, cum ait, *Baronium huius cōtrouersia inter Principes a què cum ignarissimis scientem esse, eo quod dixerit, hanc pacem factam inter quinq. Reges, Carolum & Ludouicum nepotesq. ipsorum Lotharium, Ludouicum & Carolum.*

Si

Si Baronius propterea culpandus est; culpentur, atque adeo lædoriis & probris proscindantur Annales Francici à Pithæo euulgati, qui ista à Baronio itidem Anno DCCC. LX. recitata, *Ludouicus Rex & Carolus frater eius, neposq; eorū Lutharius, &c. Amodo & quamdiu vixero, ( formula iuramenti à Ludouico præstiti) istum fratrem meum Karlum, & nepotes meos Ludouicum, & Lutharium, atque Karlum, &c. neque in membris; neque in regno illorum eos forconciliabo, &c. Dic Calvinista, an non hîc quinque habemus Reges? Ludouicum Regem Germaniæ & Carolum Regem Francorum fratres: Et horum nepotes, Lotharij Imp. filios, Ludouicum Regem Italiæ simulque Imperatorem, & Lotharium Regem Lotharingiæ; & Carolum Regem Prouinciæ? Audi, Calvinista, Reginonem. Anno Domini Incarnationis DCCC. LV. Lotharius, conuocatis primoribus regni, imperium filiis suis diuisit, Ludouico Italiam tradidit, eumq; Imperatorem appellari fecit: AEquiuoco vero idem Lothario, regnum, quod ex suo nomine vocatur, concessit; Carolo autem qui iunior natus erat, Prouincia regnum largitus est. Habemus ergo quinque Reges. Quid igitur Calvinista in Baronio ob quinque Reges vellicat & morsicat? Nam quod Regino mortem Caroli refert ad annum DCCC. LVIII. id aduersatur Annalibus Francicis, & Actis ad Confluentem Anno DCCC. LX. quibus potius habenda fides.*



CAPVT

## CAPVT XIII.

*Epistola Ludouici Junioris Imp. ad Basilium  
Imp. Constantinopolitanum.*

**E**XSTAT Tom. 10. Illustrissimi Baronij Anno Remptoris DCCC. LXXI. N. 50. & seqq. Excuius aureis monumentis eam Caluiniſta in ſuas Voluſianas chartas tranſcripſit.

Diximus in deſenſione libri primi de Translatione Imperij, cap. II. Græcos non tribuiſſe vel ægrè admodum, Imperatoribus occidentis nomen βασιλεύς, ſed ſolummodo βασιλεύς nominariſſe, latino nomine Græca veſte induto. Cum ergo Baſilius Macedo Ludouicum Iunioſem monuiſſet, vt ab Imperatoris ſeu βασιλεύς appellatione abſtineret; hanc ad eum Ludouicus Epistolam dedit, quæ lectu digniſſima eſt; Ex qua capita duntaxat enotabo.

I. Dicit Ludouicus Imp. *Apud nos multa lecta ſunt, multa quidem in deſeſſe leguntur, nunquã tamen inuenimus terminos poſitos, aut formas, aut præcepta prolata, neminem appellandum BASILEA, niſi eum, quem in vrbe Conſtantinopoli Imperij tenere gubernacula contigiſſet, cum gentium ſingularum monumentis interim poſtoſitis, ſacræ nobis affluenter hiſtoria monſtrent, plurimos fuiſſe Baſileos nuncupatos, & non ſolum electos quoq; quales fuere Melchiſedech, & David, verum etiam reprobos, quales primores Aſyriorum, Aegyptiorum, Moabitaram, & ceterarum nationum, quas enumerare longum eſt, extitiſſe probantur.*

II. Fruſtra ergò negat Conſtantinopolitanus Imp. alios præter ſe Baſileos appellandos, niſi fortè radendos ducat

l. rotius

totius codices mundi, in quibus panè cunctarum gentiū Principes, à priscis temporibus, & deinceps, Basilei inueniuntur scripti. Et certè ut de Latinis codicibus interim taceamus, si Græcos, & nouiter editos reuoluas codices, inuenies proculdubio plurimos tali nomine vocitatos, & non solùm Græcorum, sed & Persarum, Epirotarum, Indorum, Bithyniensium, Parthorum, Armeniorum, Saracenorum, Aethiopum, Vandalorum, & Gothorum, & aliarum gentium Prælatos, Basileorum appellatione veneratos.

III. Intuere ergo, Frater, inquit Ludouicus, & considera, quod multifuerunt, qui Basilei diuersis temporibus, & in diuersis locis, & nationibus nuncupati sunt, vel hæcenus nuncupentur; & noli vel nobis, quod dicimur, inuidere; vel, tibi singulariter vsurpare, quod non solùm nobiscum, sed & cum pluribus Præpositis aliarum gentium possides. Graue namque vitium est, singularis dignitatis fastigium, quod qui in principio ambierit, quid ei ambiendo talia, contigerit, commemorare nolumus; ne fraternitas tua commemoratum ad iniuriam suam existimet.

IV. Illud ridere libuit, quod de Imperatoris nomine dixisti; neq. paternum esse, neq. genti conuenire. Quomodo enim paternum non est, quod iam in æuo nostro paternū fuit? Quomodo autem genti non conuenit, cum sciamus, (ut de cæteris breuitatis causa taceamus) ex Hispanorum, Isaurorum, & Cæzarorum gente Imperatores Romanos effectos? Neq. enim veraciter asseuerabis nationes has gente Francorum, aut religione, aut virtutibus clariores, & tamen admittere non renuis Imperatores, & eos predicare non despicias.

V. Mirari se dilecta fraternitas tua significat, quod non Francorum, sed Romanorum Imperator appellemur: sed, scire te conuenit; quia, nisi Romanorum Imperator essemus, utique nec Francorum. A Romanis enim hoc nomen, & dignitatem  
assum-

assumpsimus, apud quos profectò primò tantæ culmen sublimitatis, & appellationis effulsit, quorumq; gentē, & Urbem diuinitus gubernandā, & matrē omnium Ecclesiarū DEI defendendā, atq; sublimandā suscepimus, ex qua & regnandi prius, & postmodū imperandi auctoritatē profapia nostra seminariū sumpsit. Nam, Francorū Principes, primò Reges, deinde verò Imperatores dicti sunt, ij duntaxat, qui à Romano Pontifice ad hoc oleo sancto perfusi sunt; in qua etiam Carolus Magnus abauus noster vnctione eiusmodi per summum Pontificem delibutus, primus ex gente, & genealogia nostra, pietate in eo abundante, & Imperator dictus, & Christus Domini factus est. Prasertim cum tales saepe ad Imperiū sint adsciti, qui nulla diuina operatione per Pontificum ministerium, propositi solū à senatu, & populo, nihil horum curantibus, Imperatoria dignitate potiti sunt; non nulli verò nec sic, sed tantum à militibus sunt clamati, & in Imperio stabiliti sunt, ita vt etiam eorum quidam à feminis, quidam autem aut hoc, aut alio modo ad Imperij Romani sceptrā promoti sint.

Obserua hic Ludouicū fateri, Imperiū ad Carolum Magnū venisse per Romanū Pontificē; Et Imperatorē non dici nisi à Romano Pōtifice inunctos. Quod & supra testatus est his verbis. *Ipsi Patruī nostri, gloriosi Reges, absq; inuidia Imperatorem nos vocitant, & Imperatorem esse procul dubio fatentur, non profectò ad atatem, qua nobis maiores sunt, attendentes, sed ad vnctionem & sacrationem, qua per summi Pontificis manus impositionem, diuinitus sumus ad hoc culmen prouecti, &c.*

VI. *Qui Riga quenquam appellat, quid dicat, nec ipse nouit. Siquidem etiamsi linguis omnibus, more Apostolorum, imò Angelorum loquaris, cuius lingua sit Riga, cui dignitati sonus ille barbarus congruit, quod Rex dicitur, interpretari non poteris. Nihil enim fortè ad idioma propria lingua, tractum Riga, Regem significare monstraueris. Quod si ita est,*

quia non iam Barbarum, sed Latinum est, oportet, ut cum ad manus vestras peruenerit, in linguam vestram fidei translatione vertatur. Quod si factum fuerit, quid aliud, nisi hoc nomine βασιλεύς interpretabitur? Quod non solum veteris, sed & noui Testamenti omnes interpretes attestantur. Vnde, si in alienis personis hoc detestaris vocabulum, stude ex omnibus tam Latinis libris, quam Græcis, siue Regis, siue βασιλῆος nomen eradere. Hæc ex Epistola Ludouici Imp. ad Basilium Macedonem Lectoribus degustanda apponere placuit. Quis autem non miretur, Caluini tam hîc adeo fuisse destitutum, ut nesciret, quid sit in ista Epistola *Protosymbolus*; quo nomine Arabum Principem indigitari, scripserat Basilius. Verè an falsò, non disputo. Certè *Protosymbolus*, nihil aliud est, quam πρωτόσυμβολος, primus consiliarius. Qui in consilio primas tenet. Chalendina libenter Crisi sua Circæ transformaret in *Clabendina*. Sed frustra, nam quæ hîc vocantur *Chalendina*, certi generis nauigia, ea à Ioanne Papa Epist. 46. appellantur *Achelandia*. Vt decem bona & expedita *Achelandia* ad portum nostrum transmittas, ad littora nostra de illis furibus & piratis Arabibus expurganda. Luitprandus lib. 5. cap. 6. nominat *Chelandria*. Alij, *Chelandia*. Abeat igitur Criticus noster, quo pedes rapiant & auræ cum suis *Carauellis*, *clabulis* seu *clauulis*, & *clabulari cursu*. In eadem Ioannis Papæ VIII. Epistola, vsurpatur vox *Sagena*, alioqui *nassam* significans, pro naui. *Agarenorum Sagena oculi irruptionibus littora nostra deuastant*. In vita S. Henrici Imperatoris, accipitur pro *piscationibus* seu *piscinis*.



CAPVT

## CAPVT XIV.

## De Caroli Calui ad Hadrianum II. Pontificem Max. Epistola.

**V**ERBOSAM hanc & contumeliis probè saginatam Epistolam exscripsit Calvinista ex Catalogo testium Illyrici: partem eius recitat & refutat Illustrissimus Baronius Tomo 10. Annalium Anno Christi DCCC. LXXI. Quæ Calviniano palato omni melle & fauo dulcior accidit, non alia de caussa, quàm quia conuiciis in Pontificem, & efferati ac immorigeri animi notis insigniter illustrata est; ita vt si vsquam, hic certè admodum perspicuè elucescat veritas illius dicti: *Furor irag, mentem præcipitant.*

Calvinista tantum non minatur Baronio Crucem, & si quid Cruce grauius est, quod Epistolam hanc, *Leonis rugitum*, appellauerit. At quando Illyricus, similes, & iste ipse Calvinista, Pontificum sanctissimas & saluberrimas, cumque summa prudentia & moderatione scriptas, *Antichristi ruditus & crepitus* nominant, obsequium scilicet Deo præstant. Solus Baronius exitium meretur & in regiam maiestatem delinquit, quando Epistolam ex præcipiti ira effusam, *Leonis rugitum* vocat, non sine Salomonis, quem Baronius citauit, exemplo Prouerb. 20. *Sicut rugitus Leonis, ita & terror regis.* Si terror Regis iustè indignantis cum Leonis rugitu à sapientissimo Rege comparatur; quanto magis furor & impetus ab omni ratione auersus *Leonis rugitus* dici potest.

Suspiciatur Calvinista, Hincmarum Rhemensem

1 3 Archie-



Archiepiscopum hanc Epistolam scripsisse iussu & nomine Caroli. Parum moror quis scripserit; præcipitis certè & infructu animi dilucidum argumentum est. Scripserat Hadrianus ad Carolum, vt Hincmarum Laudunensem Episcopum ab Hincmaro Rhemensi & Synodo Gallicana damnatum ac depositum, qui ad Sedem Apostolicam appellauerat; Romam venire sine-ret. Miratur Rex sibi talia præcipi; nunquam enim à Pontificibus Romanis eiusmodi præcepta Francorum Regibus data esse. Ostendit Baronius, rem secus se habere, idque probat exemplis non longè petitis, sed ex Epistola trigesima Nicolai primi ad hunc ipsum Carolum; in qua ita Nicolaus cum Carolo loquitur: *Tanquam deuoto filio, præcipiendo fidenter mandamus, vt dictum Rothaldum vestro adiutum solatio ad nos vsq; misericorditer dirigatis*, &c. Idemque iussionis genus inuenies in 17. Epistola Nicolai primi, ad eundem Carolum de mittendis duobus Episcopis ad Metense Concilium.

Caluinista clamat, *indignum facinus; Carolum Regem à Baronio mendacij postulari*. Baronius non vitur vocabulo *mendacij*; sed probat verum non esse seu falsum esse, quod Carolus in illa Epistola asseruerat; quæ est ciuilior arguendi ratio; potest enim quis, etiam absque mendacio falsum dicere, quod vt non redarguatur, etiam in Rege, præsertim quando in grande veritatis præiudicium vergit, nunquam vociferationibus suis Caluinista efficiet; qui arbitratur *ipsis Cardinalibus Romanis displicere, ea, quæ contra hanc Epistolam Baronius scripserit*. Quo huius suæ opinionis certus fiat, suadeo, vt cum suo libro Romam ad Cardinalium senatū

se

se conferat; Videamus, quem calculum ad nos sit relaturus.

Aiebat Carolus in Epistola: *Etsi reuolueritis Regesta decessorum ac praedecessorum vestrorum; talia mandata, sicut habentur in literis ex nomine vestro nobis directis, decessores nostros à decessoribus vestris accepisse nunquam inuenietis.* Hoc falsum esse ostendit Baronius exemplo Nicolai, de quo antea. Occinit Calvinista: *Carolus per illa; Decessorum ac praedecessorum vestrorum; non intelligere immediatum Adriani antecessorem Nicolaum I. Sed ulteriores & remotiores; & Carolus hanc Epistolam aequè contra Nicolaum, ac contra Adrianum scripsisse; atque adeo ex una fidelia duos parietes dealbasse.* Quæ omnia vanissima sunt commenta, nam imprimis nullum, de Nicolao verbulum nec in titulo, nec in contextu Epistolæ. Deinde, an non Nicolaus fuit *decessor & praedecessor* Adriani? An non Pontifices communi loquendi vsu & forma, eos, quibus immediatè succedunt, praedecessores & decessores hodieque vocant? Quid quæso est *decessor meus*, nisi is, in cuius decedentis locum ego subeo, siue id fiat *mediatè*, siue *immediatè*. imò si *immediatè* fiat, tunc maximè genuina nominis notio seruari videtur. Quid est *praedecessor meus*, nisi is, cuius *precedentis* seu *prius cedentis* locum occupo & teneo; quod siue *mediatè* siue *immediatè* contingat, nihil interest; nam & in eius locum succedo, qui *immediatè* praececessit; nisi enim *immediatè* praececessisset, ego *immediatè* succedere non valerem.

Præterea, quis vnquam, præter istum, Calvinistam, eò subtilitatis ascendit, vt antecessorem eum duntaxat nominarit, qui *immediatè* antecesserit? Itaque Leo XI. antecessor hodierni Pontificis Pauli V. fuit; non Cle-

Cle-

non Clemens VIII. Non Gregorij XIV. & XIII. Et si Paulus V. Leonem XI. nominet suum decessorem seu prædecessorem, manum ferulæ Calvinianæ subiicere debet; quia in schola Goldastina Antecessor immediatus non est *decessor* vel *prædecessor*. O Strophas nulli alij bono excogitatas, nisi ut veritas sepeliatur, & Calviniana caligo in orbem introducatur; nisi fortè Calvinianus iste etiam hoc sibi propositum habuit; ut nobis suam stultitiam cum his suis tam fatuis figmentis aperiret; quem certè finem non modò secutus, sed & egregiè assecutus est. Consulat, oro, Calvinista magnū Bullarium; Et videat, num Gregorius XIII. non vocet Pium V. suum prædecessorem; & similiter Sixtus V. Gregorium XIII. & alij alios, quibus immediatè successerant.

Quod verò ait Carolus *decessores* suos nusquam talia mandata à Sede Apostolica accepisse; id ut verum esset, ideo verum esset, quia tale quid, quale Carolus, non commisissent, neque vllum Episcopum per vim circumuentum, & ad Apostolicæ Sedis tribunal appellansem, impediissent; ut fecit Carolus cum Hinemaro Rhemenfi & asseclis. Si tale facinus designassent, idque Apostolica Sedes rescinisset, utique idem mandatum, quod Carolus, accepissent; neque enim vnquam passa est Sedes Apostolica, ut oppressis ad se per appellationem legitimam confugientibus, via ab vlllo Rege intercluderetur.

Ait Baronius, Carolum Magnum longè aliter in Sedem Apostolicam fuisse affectum quàm Carolum Caluum, quando hanc scribebat Epistolam. citatque hæc eius verba apud Gratianum dist. 19. *In memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam, & Apostolicam.*

*stolicam Sedem; ut, qua nobis sacerdotalis mater est dignitas, esse debeat Ecclesiastica magistratio. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas; ut, licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Occurrit Caluinista. Capitulum hoc Carolo Magno mala fide supponi. Probat. Quia non existat in Capitularibus Caroli Magni à Pithæo euulgatis. Sed potior nobis est Gratiani, Iuonis & aliorum auctoritas, quàm huius Caluinistæ temeritas, præsertim cum etiam existet in Concilio Triburiensi cap. 30. & apud Burchardum lib. 1. cap. 220. Et facillè fieri potuit, ut hoc Capitulum ex Capitularium cæterorum exemplari excideret vel incuria vel impostura.*

*Oggerit Caluinianus. Patres Triburienses non velle, ut omne onus à Pontifice impositum toleretur, sed Ecclesiasticum duntaxat; non politicum. Verba Capituli generalia sunt; Seruanda est, inquit, cum mansuetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus & pia deuotione toleremus. Deinde, quod Hadrianus II. Carolo Caluo præcipiebat non erat quid politicum, sed Ecclesiasticum; nam ad ius Ecclesiasticum pertinet appellatio ab inferiore iudice ad Sedem Apostolicam, & ne quis ita appellantem violenter remoretur, ut fecit cum Hincmaro Laudunensi Episcopo Carolus. Nec Baronius Caroli Magni & Concilij Triburiensis Decretum explicat de onere politico, ut Caluinista fingit, sed vniuersim id accipit, ut à Carolo Magno & Concilio acceptum est; Et occasionem adducendi hoc Capitulum præbuit Baronio causa non politica, sed Ecclesiastica, nimirum ius appellandi ad summum Pontificem.*

Vide verò, quam in rebus expendendis considerata sit Calvinista. *Probare vult* (quod probatione nulla eget) *Concilium Triburiense nullo Carolorum presente aut presidente; sed sub Arnulpho Imperatore celebratum esse;* citatque Strabonem Fuldensem in Annalibus, Anno DCCC. XCVII. *Curte verò Triburia habito generali conuentu, Fuldense cœnobium, caussa Orationis petiit: Arnolfus scilicet Imperator. In quo conuentu, quid statutum ex his Reginonis verbis discere. Anno Domini DCCCC. XCV. Synodus magna celebrata est apud Triburias contra plerosq. seculares, &c.* Strabo, seu quisquis est Auctor Annalium Francicorum, loquitur de conuentu, qui celebratus est Triburiæ Anno salutis DCCC. XCVII. vt manifestissimè patet ex verbis Strabonis; Et Regino loquitur de conuentu, qui habitus est Triburiæ Anno DCCC. XCV. quomodo ergo de vno eodemque conuentu Strabo & Regino loquuntur? Et quomodo ex conuentu, qui biennio antè celebratus fuit, intelligere possumus, quid statutum sit in conuentu qui biennio post est celebratus?

## CAPVT XV.

*Acta Synodi Romane de Electione Caroli Calui Imperatoris.*

**R**ECITANTVR à Baronio, Anno Christi DCCC. LXXVI. Num. 2. & seqq. Ex Annalibus Pithœi. Hic Calvinista maledicentiæ suæ in illustrissimum Baronium liberri-  
ma & laxissima frœna permittit, in d̄o prorsus effrænem furere & insanire sinit. Obiicit Baronio *imperitiã Historiarum*. Certè duodecim Tomi Annalium, & Notationes

tiones in Martyrologium Romanum criminationi huic fidem magnam faciunt; nam *imperitissimum* Historiarum eum fuisse oportuit, qui tanta volumina Historica tam doctè dextrè & ingeniosè contexuit; quæ à lectoribus orthodoxis & heterodoxis tam avidè sunt arrepta & lecta, vt Typographis Italis, Germanis, Belgis necesse fuerit, editiones iterum iterumque iterare, vt emptoribus exemplaria suppeterent; quæ & in Epitomen redacta sunt; vt occupatis promptior & breuior lectio esset; & in varias linguas translata, vt etiam Latinae linguæ ignari vtilitate horum Annalium non carerent. Tu Calvinista, perge, *more tuo solens*, Historiarum Ecclesiasticarum promptuario *avisque peritæ* obiicere; quia tam tibi creditur, quàm si Danubio aut Rheno penuriam aquæ exprobrares.

At cur Baronius Historiæ imperitus? *Quia confundit Synodum Romanam cum Ticinensi conuentu.* Calvinistam mētiri, libenter fatebitur, quisquis legerit Baronium Anno DCCC.LXXVI. Num. 1. & aliquot sequētib. Nam expressissimè Synodum Ticinensem, in qua Carolo Caluo Imperium est confirmatum; distinguit à Romana, in qua, ipsius sententiâ, Anno DCCC.LXXV. In Natali Domini, Carolo Imperium à Ioanne Papa VIII. collatum & approbatum fuit.

II. Carpit Calvinista; quòd Baronius Ticinensem conuentum vocet *Synodum*; fuisse enim cōuentum, in quo Carolo *homagium fidelitatis ab Episcopis & Optimatibus prestitum fuerit.* Quam scrupulosus est Calvinista; qui cœtum illum non patitur nominari Synodum, cuius præcipua membra erant Episcopi; & actio nō alia, quàm vt Caroli inaugurationem Romæ à Ioanne Papa factam, suffragio suo confirmarent.

Si Calvinista eadem religione suo in Centone Constitutiones Imperiales nobis ad mensus fuisset, non paulo pauciores haberemus; nunc cum quiduis *Constitutio* vel *Ordinatio Imperialis* apud istum audiat; Et crebro schismaticorum & hæreticorum quoque somnia hoc tam augusto nomine honorentur; accidit, ut ingens plaustrum huiusmodi Constitutionum adepti simus.

Non iniuria Baronius culparetur; si omiſſa Synodi appellatione, Actis Ticinensibus hanc inscriptionem tecum præfixisset. *S. Romani Imperij Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Ducum, Comitum ac reliquorum Italia optimatum Sacramentum Carolo I. Caluo Imperatori Augusto præstitum in Conuentu Ticinensi Anno Domini DCCC. LXXVII.* Quæso, ex quo veteri Codice, ex quo Chirographo exemplari hunc titulum sumpsisti? Ut omnes Bibliothecas lustres ac euoluas, nullum vnquam proferes; & tandem ad cerebri tui officinam, confugiendum erit. Lepidum profecto factum. Ferè soli proceres Lombardi subscripserunt Actis conuentus Ticinensis; Et tamen id, quod ibi decretum est, nominatur Sacramentum sacri Romani Imperij *Archiepiscoporum, &c. Abbatum, Ducum, & reliquorum Italia Optimatum.* Cum vnicus tantum Archiepiscopus interfuerit; vnicus Abbas, vnicus Dux; Cur ergo iste *Archiepiscopos, Abbates, Duces*, intonat? Subscripserunt decem Comites & sedecim Episcopi: Nec vllum aliorum procerum vestigium apparet. Nilominus iste confidenter; *Et reliquorum Italia Optimatum.* Adhæc Synodū seu conuentum Ticinensem refert ad annum DCCC. LXXVII. Quo auctore? Notatur, non abnuo, hic annus in editione Pitheæana. Sed mendum subesse, optime animaduertit Baronius. Notatur

tatur enim Indictio IX. Et Annus Imperij Caroli, primus. At Anno DCCC. LXXVII. non erat Indictio nona; seu annum hunc integrum spectes, siue partem eius. Nam Indictio nona cœpit Anno DCCC. LXXV. in Septembri; Et durauit vsque ad Septembrem Anni DCCC. LXXVI. quo tempore successit Indictio decima. Præterea Carolus inunctus est Imperator Anno DCCC. LXXV. vel secundum illos, qui annum à Natali Dominico auspicantur DCCC. LXXVI. Indict. IX. Necessario igitur annus DCCC. LXXVII. erat Imperij eius secundus, non primus. Igitur si Indictio & Annus Caroli Imp. rectè signantur; necessariò dicendum erit; numerum annorum Dominicæ Natiuitatis mendosum esse, atque adeo vnum annum detrahi debere; quod ipsemet Calvinista, sui oblitus, in scholiis fatetur; Vt enim Baronium vituperat, quòd Indictionem X. Actis Romanis præfixam, mutauit in nonam, ita eundem laudat, quod in Actis Ticinensibus admonuit numerum esse corruptum; & pro DCCC. LXXVII. restituit DCCC. LXXVI. Et addit; hoc rectè atq; ordine factum.

Vt autem sententiam meam planè & apertè proponam, nō diffiteor, Calvinistam hic aliquid vidisse, quod aciem Baronij, quantumuis oculatissimi, fugit. Dico igitur. I. Quæ à Baronio Anno Christi DCCC. LXXVI. recitantur, esse Acta duplicia; altera, Synodi Romanæ; altera; Synodi seu conuentus Ticinensis. Actorum Romanæ Synodi exordium ducitur ab illis verbis: *Gesta, qualiter Dominus Karlus*, &c. Subditur. *Sermo Domini Apostolici Ioannis in Synodo Episcoporum*. Sermonis initium est. *Omnibus generationibus*, &c. Et hæc Acta Romana finiuntur illâ clausulâ; *Subscripsit ergo Dominus Papa,*



& cum eo Episcopi, qui adfuerunt. Subscriptiones non exstant.

Altera Acta sunt Synodi seu conuentus Ticinensis; eorumque principium est ibi; *Gloriosissimo & à Deo coronato magno & pacifico Imperatori, &c. Finis. Acta sunt hac in Palatio Ticinensi, &c.* Quapropter non bene coniunguntur, prout ab illustrissimo Baronio coniuncta videntur; neque priora illa in Concilio seu conuentu Ticinensi lecta & approbata sunt, licet electio, inunctio & coronatio Caroli in Imperatorem Ticini comprobata & confirmata fuerit: vt iam euidentius ostendam.

II. Dico: Acta illa, quorum principium; *Gesta, qualiter Dominus Karlus, &c. Omnibus generationibus, &c.* esse Acta Synodi Romanæ, celebratæ Anno DCCC. LXXVII. Indictione X. in qua electio & promotio Caroli Calui ad Imperiale fastigium à Ioanne Papa, aliisque Episcopis confirmata, & denuo sancita fuit, grauius aduersus impugnatores pœnis constitutis; Et non continere acta alicuius Synodi, quæ vel in ipsa Caroli inauguratione in Natali Domini Anno DCCC. LXXV. vel aliquo die ex illis quæ erant vsque ad Kalendaras Ianuarias Anni DCCC. LXXVI. habita fuerit. Probat. I quia hoc perspicuè testatur Aimoinus lib. 5. cap. 35. istis verbis. *Veniens (Carolus Caluus) ultra Lirim usque ad Urbem, obuium habuit Adalgarium Episcopum, quem mense Februario Romam direxerat pro agenda Synodo à Papa Ioanne. Cuius exemplar idem Adalgarius pro munere magno Imperatori detulit. Summa verò eiusdem Synodi, post multas & multiplices laudes Imperatoris, hac est, vt electio & promotio ad imperialia scepra*  
anno

anno praterito Romæ celebrata, ex tunc & nunc & in perpetuum firma & stabilis maneat. Quod si quis perturbare aut violare tentauerit, cuiuscumq; sit ordinis, dignitatis aut professionis anathemate usq; ad satisfactionem teneatur omni tempore obnoxius. Parratores & incitatores huius consilij, si quidem Clerici fuerint, deponantur: Laici verò & Monachi, perpetuo anathemate feriantur, ut quia Synodus anno praterito apud Pontigonem, hinc habitasecus Andernacum, nil profuit, usquequaq; ista debeat praualescere. Hæc Aimoinus; quem de illis ipsis Actis loqui, quæ recitantur à Baronio, Anno DCCC. LXXVI. Et quæ Pithœus priuseulgauit, deque illa ipsa Synodo Romana, cuius in his Actis fit mentio; manifestum fit ex ipsorum Actorum lectione; quia singula, quæ Aimoinus in transgressores constituta commemorat, ad verbum in his Actis exstant.

Deinde Pontifex in Synodo dicit, se Karolum in Imperatorem vnxisse & coronasse, *praterita nona Indictione*; Ergo hæc Synodus non est habita ipso die Coronationis, vel paulò post; quia Indictio nona non praterierat, verùm etiam usque ad Septembrem Anni DCCC. LXXVI. durauerat. Cum ergo Pontifex dicat; Synodum hanc celebratam *Indictione nona iam praterita*; ex Aimoino aurem constet, Mense Februario, Anni DCCC. LXXVII. Romæ celebratam esse Synodum; quo tempore iam Indictio decima curtebat; Actaque ipsa decimam Indictionem præferant; licet Annum CHRISTI, DCCC. LXXVI. exhibeant; sed mendosè; Et omnia, quæ in Synodo Romæ, mense Februario, celebrata, exstant in his nostris Actis; & caussa itidem, quam  
Aimo-

Aimoinus indicat, nempe, vt Carolus Caluus pro Imperatore legitimo agnosceretur, eiusque inauguratio comprobaretur, necesse est affirmare Acta illa esse Acta Synodi Romanæ celebratæ Anno DCCC. LXXVII. in Februario; quam Synodum agnoscit quidem Baronius Anno DCCC. LXXVII. Num. 13. Sed facit diuersam ab altera Romana, cuius Acta arbitratur esse illa, quæ recitat Anno DCCC. LXXVI. Sed, vt dixi, aliter se res habet: nec vir doctissimus & perspicacissimus verum hîc peruidit; quia nulla alia antecessit; & licet aliqua antecessisset; hæc tamen eius Acta censei non deberent ob causas dictas.

Porro causa, cur Carolus Caluus iam Imperator factus, Synodum à Ioanne Papa cogi postularit, in qua coronatio & promotio sua ad Imperium confirmaretur; hæc fuit, quia multos habebat aduersarios, qui ne auctoritate quidem Synodi Pontigonensis & Andernacensis Anno DCCC. LXXVI. habitæ persuaderi poterant, vt Carolum pro Imperatore legitimo agnoscerent: hoc igitur Synodus Romana transactum dedit; cuius exemplar Adalgarius Legatus ad Carolum attulerat.

Hæc si Calvinista candidè & sincerè absque conuiciorum in Baronium strepitu monuisset; lectores ei grates gratias debuissent. Nunc quid debent, nisi detestationem, cum ita in Baronium bacchatur, vt etiam illud verum, quod dicit, non nisi obscure ex criminationum illarum congerie emineat.

Sed necdum finis lædoriarum. Baronius ait, diuinitus factum, vt Acta huius Synodi exstarent; inde enim eorum temeritatem refelli, qui docent, Pontificem in Imperatoris coronatione *nihil nisi solum sacerdotale in*

*ipso*

ipso unguendo & coronando ministerium exhibere. Hic admodum tumultuatur Calvinista, & magnas dat turbas: Carolum malis artibus, aurigæ & argenti largitionibus ad Imperium peruenisse, nomen Imperatoris ad Ludouicum fratrem natu maiorem iure hereditario pertinuisse, multos in Gallia sese opposuisse; id liquere ex Concilio Pontigonensi; Et si quæ sunt aliæ huius generis næniolæ, quas Calvinista decantat. Etiam Ioannem Papam Simonie accusat. Non diffiteor, Auctorem Annalium Francicorum à Pithæo editum, scribere, senatum Romani populi à Carolo pecuniis fuisse corruptum; Ioannem Pontificem munera à Carolo accepisse, nemo scribit: nam quæ Beato Petro obtulit; vt Aimoinus testatur, lib. 5. cap. 31. ea non magis ad Ioannem Papam spectarunt, quam quæ olim Carolus Magnus, Ludouicus, alijque Reges ac Principes, liberaliter S. Petro, seu Ecclesiæ S. Petri donarunt.

Si Imperatoris nomen iure hæreditario ad Ludouicum spectabat, cur nomine & titulo hoc nõ est vsus? Nemo certè obstare potuisset, si eo, quod sibi ex hæritate paterna debebatur, vti voluisset. At quia sciuit, vnde Imperatoris nomen, titulus & dignitas descenderet, nusquam proditum legimus, Ludouicum hoc titulo vsurum. Non defuere inuidi, qui se Carolo opponerent, eumque pro Imperatore agnoscere ac recipere reuerent; idque non ideo, quòd vitio creatum existimarent; sed quia illum, forsitan non absque omni ratione, oderant. Quapropter contra istos Ioannis & Synodi Romanæ opem Carolus implorauit. Nec coronatum abs se destituit Ioannes cum Synodo, vt patet ex Actis; & fructum tulisset Carolus, si diuturnior vita obtigisset; Nam eodem Anno DCCC. LXXVII, in cuius

n                      Februa-

Februario Synodus Romana celebrata fuerat, excessit Carolus è viuis, pridie nonas Octobris.

In Baronio Anno DCCC, LXXVI. Num. 9. legitur, orationem Ioannis Papæ, qua Carolum Caluum electum Imperatorem dilaudat; *diffuere per hyperboles*. Hinc seuerus & nil ignoscere doctus Orbilius verbosè nos docet; scribendum; *in hyperbolas*. Quàm rara & inaudita nobis iste profert? Quantas muscas capit hæc Calviniana aquila? Quid si Baronius scripsit, *Hyperbolas*? Quis præstabit non ita ab illo scriptum? Quis præstabit id quod legitur, non esse à librario vel typografo?

Occidit Calvinista. Vti hyperbolis, nihil aliud esse, quàm abundare mendaciis & dictis falsidicis. Si igitur Ioannes Papa vsus sit hyperbolis in Caroli Encomiis decantandis egregiè mentitum esse. Si hoc ita est, tum vna cum Ioanne Papa eiusdem criminis insimulare poteris Ioannem Euangelistam, qui, nisi fallor, longè grandiore hyperbola, quàm Ioannes Papa, vsus est, quando de factis & signis Christi scripsit cap. vlt. *Sunt autem & alia multa, qua fecit IESVS; qua si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros* Hic etiam, si lubet, aduoca Quintilianum, Bedam, Alexandrum Grammaticum, Ioannem Balbum, & doce, (etsi his inuitis ac reuentibus) *vti hyperbolis nihil aliud esse, quàm mentiri: Et, vti grandibus hyperbolis, esse granditer mentiri.*

Calvinista acriter it in Baronium, quod scripserit, Carolum diuino instinctu à Papa ad Imperium gubernandum electum esse. *Os impium & blasphemum*. Vociferatur Calvinista. *Tunc audes Spiritum sanctum mendaciorum Papa aucto-*

*auctorem facere*? Baronius nihil aliud dicit, quàm  
 quod Ioannes Papa dicit. Audi eius verba, si forte ex-  
 ciderunt: *Vnde nos tantis indicis diuinitus incumbentibus,*  
*lucelarius agnitis, superni secreti consilium manifestè cogno-*  
*uimus. Et quia pridem Apostolica memoria decessori no-*  
*stro Papa Nicolao id ipsum iam inspiratione diuina reuelatum*  
*fuisse comperimus: Elegimus meritò & approbamus, &c.* Si  
 Baronius habet *os impium & blasphemum*, quia recitauit,  
 quæ Pontifex dixit; multo magis id de Pontifice affe-  
 rendum erit; quod haud grauatè *Os impium & blasphe-*  
*rum* tam huius, quàm aliorum Calvinistarum faciet.  
 At si ex vna parte stet summus Christiani orbis Ponti-  
 fex; ex altera, vilis ex Popina Caluini homunculus, &  
 Pontifex hoc diuino impulsu factum affirmet; Calui-  
 nista, *Diabolico instinctu patratum* reclamet; arbitratur,  
 nullum fore, cui cerebrum sit in capite, non in calca-  
 neo, qui non assensus sit Pontifici; multa salute Cal-  
 uiniano dicta; qui mox Baronium *contradictionis* argu-  
 it; quia Num. 17. dicit; hæc omnia, quæ in electione  
 Caroli Calui cōtigere; *male suadam carnis prudentiam*  
*operatam videri; & Ioannem Ecclesie Romanae inutilem Im-*  
*peratorem elegisse, teste ipso euentu: non igitur diuino impul-*  
*su Carolum à Ioanne electum esse; vt cum Papa affirmat Ba-*  
*ronius.* Etiam Saul Israëlitis Rex *inutilis* tandem fuit; &  
 ideo à Deo reiectus; Et tamen non tantum diuino in-  
 stinctu; sed & expresso mandato Dei Rex Hebræorum  
 inunctus erat: Et fieri potest, vt qui aliquid ex diuino  
 impulsu agit, annectat ex spiritu suo appendicem ali-  
 quam, quæ carnalem potius quam spirituales prudentiam  
 respiciat. Exemplum si nescis vel Caiphā cape; qui  
 verba illa: *Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo, &*

*non totagens pereat*; Spiritus sancti afflatu fudit. At si mentem ipsius Caiphæ spectes, ea non nisi ex prudentia carnis protulit. Simile quiddam in hoc Ioannis factum accidit; qui sibi à Carolo contra Sarracenos, aliosque Romanæ Ecclesiæ oppugnatores grandem opem & operam pollicebatur; sed incassum, ut exitus probavit.

Obiicit Calvinista: *Non potuisse bonum esse illum spiritum, qui Carolum ad Imperium prouexit; nam Carolum hunc honorem precio mercatum esse, corruptis pecunia Ioanne Papa & Romanis*, multosque hanc in rem Historicos allegat: quorum tamen aliqui, ut Otho Frisingensis lib. 6. cap. 6. Et Viterbiensis in Chron. p. 17. id absolute non asserunt; sed addunt: *Ut dicitur*, Ex fama igitur vulgi id tradiderunt; quam hic fuisse mendacem, nil mirum, quia Carolus multis planè inuisus erat. Nec nominat Viterbiensis *Papam*, sed *Romanos*; quorum nomine & numero *Papam* comprehendi, nil opus. Sic Annales, quos vocant, Fuldenses; non *Papam*, sed senatum populi Romani acceptæ pecuniæ accusant. Eutropius Longobardus in Abbreuiatione sua; Et Aimoinus lib. 5. cap. 35 scribunt, Carolum S. Petro, seu Ecclesiæ S. Petri *multa & pretiosa munera obtulisse*: quod exemplo antecedentium Imperatorum factum est; studio pietatis, non ut Imperium mercaretur. In eandem sententiam interpretandus Marianus Scotus.

Rheginoni & Sigeberto, qui Carolum à Papa Ioanne Imperium emptum scribunt: Opponimus ipsa Pontificis verba non priuatim ad aliquem scripta; sed publica in Synodo, & frequenti Episcoporum, aliorumque Ecclesiasticorum confesso pronuntiata; à quibus utique Pontifex abstinisset, si ea vanitatis redargui

gui

qui posse vidisset. Audiamus Pontificem in Synodo Romana perorantem. *Non hic perpetuus Augustus ad tanta fastigia se velut improbus intulit; non tanquam importunus, fraude aliqua vel machinatione, aut inhiante ambitione ad imperialem apicem aspiravit. Absit. Neg, enim sibi honorem presumptuosè assumpsit, vt Imperator fieret, sed tanquam desideratus & optatus, postulatus à nobis & à Deo vocatus, & honorificatus ad defendendam religionem, & Christi vtiq, seruos tuendos, humiliter atque obedienter accessit, &c.* Quæso te, lector, num tibi persuasurus es, Pontificem hæc talia in publico Concilio prolaturum fuisse, si Carolus à se & à Romanis Imperiū malis artibus, & nummis obtinisset? Num Synodus tanto applausu Ioannis orationem excepisset & acceptasset, quanto eam in ipsa Synodo à patribus exceptam & acceptatam legimus? An nullus erat inter tam multos & probos, qui vaniloquentiam detestaretur; si quæ hîc vaniloquentia interuenisset? Si quid postea munerum in Romanos Carolus effudit, id non ambitus caussa, sed ex munificentia regia fecit; vt & alij Imperatores & Reges acsitare consueuerunt, tempore inaugurationis & coronationis suæ.

Porro, quæ dona Caluus Romanis obtulerit, ita ex suo Eutropio Longobardo denarrat Caluinista. *Qui (Caluus) veniens Romam renouauit pactum cum Romanis, perdonans illis iura Regni, & consuetudines illius, tribuens illis sumptus de tribus supradictis monasteriis, id est, Domini Saluatoris, & B. MARIÆ semper Virginis in Sabinis, atq, S. Andrea iuxta montem Soractis, & de cæteris quàm plurimis monasteriis fiscalia patrimonia. Patrias autem Samnia & Calabria simul cum omnibus ciuitatibus Beneuenti, eis contulit: insuper ad dedecorem regni totum Ducatum Spoleti-*



num cum duabus ciuitatibus Thuscia, quod solitus erat habere ipse Dux, id est, Aricium & Clusum, quatenus ut is, qui praeerat Regia vice antè; Romanis videretur post esse subiectus. Remouit etiam ab eis Regias Legationes, assiduitatem vel praesentiam Apostolica electionis. Quid plura? Cuncta illis contulit, quae voluerunt, quemadmodum dantur illa, quae nec re-ctè acquiruntur, nec possessura sperantur.

Subiicit his Calvinista. Tam indignam cum Pontifice, tum Rege negotiationem; tam turpem, inhonestam, dedecorofam Imperij nundinationem; tam damnosam & praeiudicantem successoribus, alienationem execratus Carolomannus, quoniam Papa confirmare noluit, ab eo vnctionem & coronationem impetrare non potuit. Quàm copiosus & facundus est Calvinista, quando in Romanum Pontificem, & in donationes Ecclesiae Romanae factas, lingua est exserenda, & stringendus stylus? Dic, Calvinista, quae nam donatio maior; istane Caroli Calui; an illae, quibus liberalitatem suam erga B. Petrum & Ecclesiam Romanam testati sunt Pipinus, Carolus Magnus, Ludouicus Pius, Otho Magnus, Henricus sanctus, aliiq; Imperatores ac Reges, quorum in Apostolicam Sedem beneficentiam distinctè & sigillatim explicui, allatis donationum diplomatis, in proprio commentariolo, quem inscripsi, *de munificentia Imperatorum, Regum ac Principum Christianorum in Sedem Apostolicam.*

Quod dicit Calvinista: *Carolomannum non modò postulatis Papae Ioannis non assensisse;* (quia enim Carolomannus Imperatorij tituli & nominis desiderio flagrare videbatur, scripserat ad eum Ioannes Papa Epist. 63. id fieri non posse, nisi pagina conficeretur capitulariter continens ea, quae vos, inquit Pontifex, *Matri vestrae, Romanae Ecclesiae, vestroq; protectori B. Petro Apostolo perpetualiter de-*  
betis

detis cōcedere.) Sed & penitus ea repudiasse; eamq; ob causam Imperiali corona redimitum non fuisse; Sed hæc mera sunt figmenta: Nullus enim Historicorū prodidit; hæc, quæ Ioannes iustissimè petebat, à Carolomanno reiecta; & qui reiecisset; cum nil aliud poscerent, quam vt iura ab antecessis Imperatoribus Romanæ Ecclesiæ concessa, ab ipso itidem illæsa & inuiolata custodirentur. Cur vero Ioannes, Carolo Caluo defuncto, Lodouicum Balbum Franciæ Regem potius, quàm Carolomannū Bavaræ Regem in Imperatorē vnxit; facilè est diuinare; quia afflictissimis illis temporibus, quibus Romana Ecclesia à Sarracenis & Tyrannis Christiano nomine velatis, dilacerabatur, promptiora & expeditiora auxilia à Ludouico, quàm à Carolomanno sperabat; Et pœliue erat illum corona Imperiali insignire, cuius Patrem iam antea eandem gesserat: De commentitio Othonis III. diplomate suo loco dicemus. Eutropij morositati opponimus Reges, Imperatores & Principes, quos beneficiis cum S. Petro certare, nunq̄ piguit aut puduit.

Ait Baronius, Carolum Caluum à Ioanne non tantum in Imperatorē vnctum & coronatum, verum etiam electum. Obstrepit Calvinista. Hoc manifestè mendacij arguunt scriptores citati; qui à Romanis electum; à Pontifice asserunt solummodo vnctum & coronatum. Nullus penitus, nullus Historicorum dicit; Carolum à Pontifice solummodo vnctum & coronatum: Et vt aliquis ex eorum numero id assereret, potius Pontifici, quàm illi fides habenda foret. Pontifex in Synodo ita loquitur: *Elegimus meritò & approbauimus vnà cum assensu & voto omnium fratrum, & Coepiscoporum nostrorum atq; aliorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ministrorum, ampliq; senatus, totiusque Romani populi, gentisq; rogata, &c.* An qui dicit: *Elegimus;* se ab electorū numero segregat? An Papa qui Imperato-

rem siue solus, siue cum aliis, eligit, nihil aliud agit, quàm quòd Electum Imperatorem inungit & coronat? Qualis stupor, fateri, Ioannē *elegisse*, (tametsi cum aliis) Carolum, & dum hoc fateris; illud simul affirmare; *Papam nihil aliud fecisse, quàm quòd Imperatorem electum oleo sacro inunxerit, & corona insignierit?* Sed nimius Baronij insectandi impetus non finit istum aliquid consideratè scribere aut loqui. Neque alij Carolum aliter *elegerunt*, quàm approbando & confirmando electionem à Pontifice Ioanne factam: sicut hac itidem ætate alij Principes, qui non sunt de septem electorum numero, non eligunt aliter Imperatorem; quàm approbando, & acceptando illam electionem, quæ à septem viris proficiscitur: cum his vota & desideria sua iungendo, eligere dicuntur, quem propriè loquendo septem illi duntaxat eligunt.

At aliqui Historici tantum *coronationis* meminerunt. Respondeo, nullum esse, qui dicat; Carolum Caluum à Ioanne Papa *solummodo* coronatum, vel vnctum *solummodo* & coronatum; & qui coronationis solius meminerunt; illi, vt nec vnctionem; ita nec electionem excludunt.

Illud commentis deputa, Ioannem ideo Roma in Gallias abire coactum, quòd Carolo Caluo Imperatori non faueret. Imò vsque adeo fauit, vt nonnullis visus fuerit modum excessisse; Nec in Galliam venit, nisi mortuo Caluo. Neque alia veniendi causa fuit, quàm Lamberti Comitum Spoletini & gregalium tyrannis; & Saracenorum subiectas Ecclesiæ ditiones ferro & igne vastantium immanitas & truculentia. His enim amolliendis suppetias quæsitum Papa in Franciam concessit. Lege Baronium DCCC. LXXVII. quo Caluus obiit;

obiit; & DCCC. LXXVIII. quo Ioannes Pontifex Galliam petiit. Quàm meditatè autem scriptum est illud: *Namq; uxorem eius in matrimonio habebat.* Quis? Num Caluus habebat Bosonis uxorem in matrimonio; an Boso Calui? Neutrum certè fas aut honestum. Fortè *Sororem* scribere volebat. Ita, opinor, nam Carolus Caluus Richilden uxorem habebat, quæ erat Soror Bosonis Ducis.

Putat Calvinista non esse mirandum, quòd Carolomannus, cum ingenti exercitu in Italiam contra Carolum Caluum ingressus; à nemine fugatus; verum rumore falso solummodo deceptus, fugam arripuerit, & eò, vnde venerat, redierit, re penitus infecta, vt scribit Aimoinus lib. 5. cap. 35.

Clamat Calvinista; *Nullum hic apparere miraculum pro Pontifice Baroniano patratum.* Nec Baronius dixit; Deum hic patrasse miraculum in gratiam Pontificis; sed; mirandum esse, Carolomannum, nemine persequente, cum copiis suis tam trepidè in Germaniam reuertisse, nec contra Carolum Caluum, cum quo Pontifex morabatur, processisse. Oggerit Calvinista; id factum; *ne cognatus sanguis funderetur.* Nemo abnuuit. Mirandum tamen est, quomodo Carolomanni animus & tam florens exercitus, nil nisi cædes spirans, tam subito ad incertæ famæ aurulam, immutatus fuerit, vt non de sanguine fundendo; sed de sua duntaxat vita conseruanda cogitarit. Occuparunt quidem Lambertus Comes & Adalbertus Marchio Romam; sed non nisi post mortem Caroli Calui, vt manifestè apparet ex illis ipsius Annalibus Fuldensibus, quos Calvinista citat. Neque Iohannem Pontificem sub custodia ideo habuerunt, vt Carolomannū Imperiali corona ornaret, nullus enim

o                      Histo

Historicorum id scriptum reliquit, sed quia rebellium, & quos Pontifex damnauerat, Patrocinium susceperant; quos à Pontifice restitutos cupiebant; inter quos erat Formosus, Portuensis Episcopus. Iurare quidem coëgerunt Romanos Carolomanno; sed de Imperatoris titulo & nomine, nulla mentio: Et sub Carolomanni nomine duo isti Tyranni Lambertus Dux & Adalbertus Marchio sua agebant negotia non Carolomanni; etsi ut nequitiam suam aliquo modo celarent, Carolomanni nomen prætendebant, ut patet ex Epist. Ioannis Papæ VIII. potissimum ex illa quæ est 85. ad Berengarium Comitem.

Obstrepat Calvinista. *Carolomannum habitum pro legitimo Imperatore, licet non fuerit à Papa unctus & coronatus.* Hoc ipse quidem dicit, sed non probat; nec probare potest; quia mos eius ætatis, & aliquot posteriorum sæculorum aliud ferebat; ut in hac Apologia passim videbimus, & vidimus iam in Defensione Bellarm. librorum de Translatione Imperij.

Obiicit Calvinista. *Carolus Crassum ab ipso Pontifice Ioanne Imperatorem salutatum, antequam foret unctus & coronatus, testatur imprudens Baronius, qui Anno DCCC. LXXX. §. 14. ad hunc modum scribit.* Porro hoc anno cõtigisse ex Ioannis Papæ Epistola ad Carolum Imperatorem compertum habetur. *Deinde parte Epistola recitata; subiicit.* Hæc Ioannes Papa ad Carolum Imperatorem scripsit. *Cur ergo, Baroni, si Carolus iam tum Imperator etiam à Pontifice agnitus, tu eum spreuisti, & Constantinopolitani Basilij annos maluisti numerare, quàm legitimi Urbis Roma Domini? Respondeo; Ioannes Papa non vocat Carolum*

solum Crassum, Imperatorem; sed Regem. Nam Epistolæ 255. inscriptio est: *Carolo glorioso Regi*. Deinde, Baronius hanc Epistolam ad Carolum Crassum Imperatorem scriptam dixit; non quòd tunc esset Imperator; sed quia postea Imperator fuit; vnctus & coronatus Anno DCCC. LXXXI. ipso Natali Redemptoris nostri. Si dicam: Erasmus sæpius scripsisse ad Imperatorem Ferdinandum; nequaquã significare volo, Ferdinandum fuisse tunc Imperatorem, quando ad eum Erasmus scripsit; sed eum, ad quem scripsit, fuisse aliquando Imperatorem. Sic Vadianus Consul S. Galli, fuit professor Viennensis, non utiq; tunc, quando erat consul Sangallensis; sed alio tempore. Eadem est hęc ratio. Ioannes Papa scripsisse dicitur ad Carolum Crassum Imperatorem Epistolam 255. non quòd tunc Imperator esset, sed quia ad eum scripsit, qui postea Imperator factus est. Ex qua obseruatione omnes Calvinianæ criminationes in nebulam euanescent.

## CAPVT XVI.

*De Epistola Ludouici & Lotharij Regum  
ad Nicolaum I. Pontif.*

**R**ECITATUR à Baronio Tom. 10. Anno Christi DCCC. LX. Qua implorant duo isti Reges opem Romani Pontificis, vt cœrceantur, qui pacem initam turbare tentent, pactisque ac conuentis manere nolint. Calvinista nostri stomacho haud satis arridet hoc factum; quia non nisi grauatè ferre potest, quando conspiciatur, Reges ad Pontificem Maximum, tanquam ad  
 O 2. com-

communem totius Christiani orbis patrem, confugisse; & ab illo rebus afflictis vel affligendis subsidium postulasse. Et quidem summa animi submissione, tantæque ac tam sublimis auctoritatis insigni reuerentia; & honorificentissimis elogiis, vt Ludouicus & Lotharius fecerunt, qui Nicolaum Papam vocant. I. *Beatissimum & sanctissimum* ( non ergo habuerunt pro Antichristo) II. *Totius sanctæ Dei Ecclesiæ, Pontificem & vniuersalem Papam.* III. Officium Nicolai appellant *sanctissimum Apostolatam.* IV. *Se spirituales & deuotissimos filios.* V. *Qui almi suam paternitatem Papæ toto cordis affectu amplexentur.* VI. *Qui desiderant paratissimi existere in Pontificis obsequiis & utilitatibus.* VII. *Qui nihil magis cupiant, quàm audire & videre Pontificis sospitatem.* VIII. *Christum Apostolatus apicem ( Nicolai ) in omnibus mundi partibus salubriter profuturum praelegisse.* IX. *Et almi suo virtutum diademate decorasse.* X. *Eique generalem sui gregis commississe sollicitudinem.* XI. *Nicolaum, ea qua verbis docet, sanctissimis exemplis prosequi.* XII. *Cuius sanctæ paternitati Ludouicus & Lotharius, mente & corpore se humiliter committunt.* XIII. *Et suppliciter obsecrant, eius sanctissimis precibus, apud illum, qui Pontifex est in æternum, commendabiles fieri.* XIV. *Optant Reges multiplici desiderio, vt, postquam de pio Nicolai studio & vigilantissima pastoralis cura aliquid hauserunt, quem absentem mente venerantur, aliquando presentem diuina largitione dulciter amplexentur.* XV. *Et ad sacra vestigia eius, Christianissimorum Principum more, prouoluti, recreari mereantur.* XVI. *Iidem Reges pura mente disposuerunt sanctorum Apostolorum limina, & Nicolai Papæ desiderantissimam ac sanctissimam paternitatem humiliter & reuerenter visitare.* XVII. *Optant, vt Apostolica*

stolicæ auctoritatis in bar, hoc est, Nicolaus Papa, propter generalem sollicitudinem ditones ipsorum inuisat; ut quos nulla mouent charitatis viscera, Apostolica inuectio ad censuram Ecclesiasticam venire compellat. XVIII. Sanctissimos Nicolai prædecessores per suam præsentiam (in Galliis & alibi) ac piam laborem plurima correxisse; imò per legatos ac literas absentes corpore, sed Spiritu sancto præsentibus, innumera, quæ in abruptum peruersitatis lapsa fuerant, reuocantes, ad rectum iustitiæ tramitem reduxisse. XIX. Testantur Reges, se sanctæ Sedi Apostolorum Principis, & Pontificis ab omnibus reuerendæ auctoritati humilem subiectionem unanimes modis omnibus obseruare uelle. XX. Et Papa collatam diuinitus immunitatem salubriter tueri decreuisse. XXI. Precantur, quasi ad sacra Nicolai uestigia prouoluti propter amorem Dei & reuerentiam beati Petri, ut sancta eius paternitas nihil sinistrum de ipsis credere uelit.

Hæc & similia ad Nicolaum Pontificem Reges Ludouicus & Lotharius; An non hæc omnia spiritum Witebergensem & Geneuensem spirant? An non dilucido sunt argumento, Ludouicum & Lotharium fuisse Caluinistas; aut certè Lutheristas? quibus proprium, scilicet, est huiusmodi encomiis Pontificiam potestatem celebrare, ut ex Lutheri & Caluini Tomis manifestum est.

Caluinista dicit; non esse mirandum, Reges istos ad Pontificem confugisse; non ad Imperatorem, qui tum erat, Ludouicus secundus, id enim factum more maiorum. Omnino, more maiorum, quia ut tu ipse fateris & loqueris; iam antecessi Reges ob religionis Ecclesiæ reuerentiam, in Pontificem Romanum compromittere solebant, ei u. g. censuram Ecclesiasticam recognoscere. Mentitur Caluinista id factum impro-



*nuda quadam consuetudine.* Improvidi ergo fuere Carolus Magnus, Ludouicus Pius, Ludouicus & Lotharius, de quorum Epistola sermocinamur, & tot alij Reges ad Apostolicam Sedem, quasi ad sacram ancoram, fugere consueti. Soli illi prouidis accenseri debent, qui nunc ex antris Lutheranis & Calvinianis Papam allatrant, & quasi Antichristus esset, infamant.

Addit Calvinista, hoc etiam accidisse *Sacerdotū culpā, qui neglectā linguā nostrā à lingua latina commercio penderint.* Respondeo, me nusquam haec legisse, Reges & Principes Pontifici supplices factos esse, quod Pontifex loqueretur Latinè, non Francicè, aut Germanicè; omnes testantur, se id facere, eò quod sit communis pater omnium Christianorum, & vniuersalis pastor totius Ecclesiæ, cui Deus generalem omnium curam commiserit.

*An mihi, inquit Calvinista, ex huiusmodi submissionibus & recognitionibus Regum & Principum exstrues atque confirmabis Pontificis Romani potestatem atq; dominatum, quæ prætenduntur, in Regnum Germania, Gallia & Lotharingia?* De temporali potestate Pontificis in regna, nullum verbum fecit Baronius eo loco, ubi Epistolam Ludouici & Lotharij Regum recitat. Solùm hoc euincere voluit; Papam à Regibus pro Patre omnium communi habitum, cuius munus sit inter filios pacem facere; cōseruare, & eniti, vt ab iniuriis sibi mutuo inferendis abstineant; suoque quilibet contenti viuant; nec alienis violentas manus iniiciant; vt Carolus Maior faciebat, de cuius rapacitate & pastorum obliuione duo isti Reges apud Nicolaum Papam querelas deposuerant.

CAPVT

## CAPVT XVII.

De Conciliabulo Romano contra Joannem  
XII. sub Othone I. Imp.

**D**E hoc Conciliabulo copiosè agit Illustriss. Baronius Annali decimo, Anno Redemptoris DCCCC. LXIII. Calvinista contendit, fuisse legitimum Concilium. Imperatori fas esse Pontifices eligere, & confirmare & si vitam tanta dignitati dissentaneam viuant, de gradu & throno deicere. Neque id aliter probat, nisi citatione variorum Auctorum, qui huius Conciliabuli meminerunt, (quasi vllus sit, qui Synedrion hoc celebratum fuisse neget) Et ne mentiar, probat id conuiciis & calumniis in optimum, eruditissimum, & celeberrimum Cardinalem Baronium; in quibus refutandis, cur immorer? ipsum *Baronij* nomen, qua Christianus orbis patet, illustrissimum, criminationum istarum nebulas æquè facilè dispellit, ac sol ætherius tenebras; illam præsertim loedoriam nullo negotio disiciet, cum Calvinista Baronium Ioanni Pontifici *vita & moribus similem fingit*: quis enim non execrabitur teterrimam hanc calumniam, cum vrbi & orbi constet, Baronium integerrimam & inculpatisssimam vitam duxisse? At defendit Ioannem XII. Nō mores, ò Calvinista, qui fuere flagitiosi & improbi, sed Pontificatum, non actiones, quæ, vt ipse Baronius deplorat, fuere sceleratæ, sed dignitatem. Quis tam rerum ignarus est, qui ignoret, mores ab officio discriminari debere? Meminerit Calvinista eius, q̄ ad Winsbeckij paræneses annotauit: *Noli curare Sacerdotum vitam, quorum doctrina, non vita inspicienda, vt ait Tyrolis.* Winsbeckij monitum hoc est.

Eun/

Sun/ Geistlich Leben in Ehren habe/  
 Das ist dir gut/ vnd ist ein Sin/  
 Des willen kum durch niemand abe/  
 Bring in ze diner Gruben hin/  
 Das wird an selten din Gewin/  
 En ruche wie die Pfaffen leben/ du solt doch die-  
 nen Gotte an in:  
 Sint gut ir Wort/ ir Werck si krump/  
 So volge du den Worten nach/ ir Wercken nit/  
 alldu bist rump.

*Fili, Ecclesiasticos honora. Hoc tibi bonum est: & bona mens;  
 quam nunquam deponere; sed usque ad mortem retine. Hoc  
 tibi lucro erit. Ne cura Sacerdotum vitam; quia in illis Deo  
 seruire debes. Si bona eorum doctrina, & opera praua, seque-  
 re doctrinam, non opera. Addit Winsbeckius.*

Sun/es was ie der Leien Sitte/  
 Das sie den Pfaffen trugen Haß/  
 Da sundent si sich sere mitte/  
 Ich kann nit wissen vmb e was.  
 Du solt in holt mit truwen Sin/ vnd sprich in  
 wol/ vnd thust du das/  
 So mac din Ende werden gut/  
 Vnd wirt ze lone dir beschert Gotte Lichame/  
 vnd sin reines Blut.

*Fili, hic Laicorum mos est, ut Sacerdotes oderint. Nescio qua-  
 re. Sed porro tibi suadeo, ut illos sincerè charos habeas, & bo-  
 nis dictis prosequaris, si hoc feceris; bonum finem adipisceris,  
 & pro mercede accipies corpus Christi, & purum eius sangui-  
 nem.*

Inter alia, quæ vt inepta prorsus & rationi dissona  
 in hac pseudosynodo Baronius reprehendit & optimè  
 refellit, est etiam hic loquendi modus in ipso statim  
 Acto-

Actorum vestibulo obuius. *Tunc Romani Pontifices, Episcopi scilicet Suffraganei, & Cardinales Presbyteri, &c.* Quæ noua phrasis, inquit Baronius, ab Ecclesiastica consuetudine abhorrens, qua Romanos vocant Episcopos, siue Romanos Pontifices ipsos Romanæ Sedis Suffraganeos? Recitat Calvinista voculas istas: *Episcopi scilicet suffraganei, ex margine in textum irrepisse*; te nimirum post carecta latente, & multum latrante Lycisca. Demus esse glossema, seu ex glossemate; phrasis nihilominus ab omni Ecclesiastica consuetudine abhorret. Quis enim nomine *Romanorum Pontificum* intelligit, aut vnquam intellexit alios Episcopos, præter illum vnum, qui Christi in terris Vicarium, & S. Petri successorem agit? Et tamen scriptor huius Synedrij ita inquit: *Tunc Romani Pontifices & Cardinales, &c.*

Fulminat Calvinista in Baronium, & docet, si tamen furere & bacchari est docere; etiam Metropolitanos dictos esse *summos Pontifices*; Et Episcopos, non eos tantum dictos, quos hodie appellamus, sed etiam minoris ordinis *antistites*; non inquiram qua fide hæc & plura talia Calvinianus producat; illud affirmo, nihil eorum, quæ blattit, ad rem facere. Nam quæstio est, num alij Episcopi, vocentur *Romani Pontifices*: Huius proferat exempla, si potest. Ostendat vllum vnquam vel Grecum vel Latinum, dictum esse *Romanum Pontificem*; præter illum, qui vrbis Romæ Episcopatum gessit. Nul- lum, sat scio, vnquam exemplum nobis adducet; solis inficetis & insulsis contra Baronium vociferationibus contenti esse debebimus.

Scripterat Ioannes Papa in suo Apologetico aduersus Pseudosynodum, in cæteris etiam ista. *Nos audiuimus dicere, quod vos vultis alium Papam facere: si hæc facitis, ex-*  
*p* *commis-*

*communico vos de Deo omnipotente, ut non habeatis licentiam vllum ordinare, & Missam celebrare. Ad quæ Pseudo-synodus ita respondit. Excommunicastis enim omnes, ut non habeamus licentiam canendi Missas, ordinandi Ecclesiasticas dispositiones, &c. Ita enim scriptum erat: Non habeatis licentiam vllum ordinare. Nunc vsq; putauimus, imò credimus, duonegatiua vnum facere dedicatiuum (affirmatiuum) nisi vestra auctoritas priscorum sententias infirmaret auctorum. Vbi isti imperitè arbitrantur, vllum, in Rescripto Ioannis, idem esse, quod, Nullum: atque adeo Ioannem, dicendo; ut non habeatis licentiam vllum ordinandi; dixisse; ut non habeatis licentiam nullum ordinandi; hoc est, ut habeatis licentiam aliquem ordinandi, cum duæ negationes affirmant: quæ sane puerilis est ineptia.*

Caluinista clamat; vtrobique legendum esse; *nullum*. Quam lectionem si admitteremus, rem factam haberet. Sed suas sibi res habeat Criticus cum præcipiti suo corrigendi, hoc est, corrupendi cacoëthe: cum vulgatæ editiones Luitprandi Ticinensis, (ad cuius sextum librum Acta huius conciliabuli adiuncta sunt,) nominatim Basileensis Anno Domini M. D. XXXII. & Iusti Reüberi M. D. LXXXIV. constanter vtrobique habeant; *vllum*: neque suum figmentum vllius manuscripti exemplaris auctoritate Caluianus firmare potest; qui vociferatur: Othonem Imperatorem, eo in Concilio iure, *Sanctissimum* appellari; *Ioannem enim omni vitiorum genere obuolutum hoc encomium non meruisse*. At nosse debebat Caluinista; duplicem esse sanctitatem; alteram personæ, qua caruit Ioannes; alteram gradus & officij; qua etiam pessimus clarere potest; vt sæpe S. Augustinus Donatistis, præsertim Petiliano, respon-

spondit, quando vitam & mores orthodoxorum Præfulum petulanter exagitabant. Hac posteriore sanctione *sanctissimus* fuit Ioannes; quia Sanctissimum officium gessit: Quis enim sanctum esse dubitet, inquit Ennodius Ticinensis aduersus scribentes contra Synodum; *quem apex tanta dignitatis attollit; in quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt, qua à losi decessore præstantur: aut enim claros adhæc fastigia erigit, aut qui eriguntur, illustrat.*

Neque verò Baronius absolutè reprehendit Conciliabuli illius assessores, quòd Imperatorem *sanctum & sanctissimum* nominarint; non ignorans, hæc Epitheta tribui interdum Imperatoribus, præsertim Græcis à Græcis, vt docent Commentarij Balsamonis in Conciliorum Canones, & aliorum Græcorum recentioris æui monumenta: sed quòd Episcopi illi præter morem apud Latinos tunc receptum, his Encomiis Imperatorem ornarint, & ordine præpostero, quæ Pontificis erant, ad Imperatorem; & quæ Imperatoris, ad Pontificem transtulerint; dum eum ita compellant: *Magnitudinem vestram, &c. Magnitudini vestra, &c.* Porro olim quoque Episcopos dictos esse *sanctissimos & beatissimos*, liquet ex variis D. AUGUSTINI Epistolis; & ex Conciliorum Actis, præsertim Nicæni secundæ.

Protestantes vocant Patriarcham Constantinopolitanum in suis ad eum literis, *sanctissimum & beatissimum*: Eundem titulum tribuit Burdo libro de Emendatione Temp. Patriarchæ Antiocheno, & Doufa, Meletio Græcanico Patriarchæ Alexandria. Et Capito seditiosus Prædicans, scribens ad

Pharellum non dissimilis ingenij Zvvinglianum Ministrum, hoc eum elogio cohonestat. *Gulielmo Farello Ministro Christi sanctissimo, indiuiduo suo fratri.* Et Zvvinglius, vel eius Interpres Gualtherus, Principes Saxoniae & Hassiae, quibus Responiones duas ad Confessionem Lutheri dedicat; saepissime *sanctissimos* appellat. Idem Zvvinglius responso ad Epistolam Fabri, duos Prædicantes, Blaurerum & Zviccium *sanctissimos* vocat; Senatumq; Tigurinum *Sanctum* & *Sanctissimum* indigitat; in responione ad Epistolam Eckij, & alibi passim; Et scelus inexpiabile committet, qui Romanum Pontificem *sanctissimi* titulo cohonestauerit; Et statim à Calvinista audiet, fuisse *olim in huiusmodi titulis maiorem, quam hodie, simplicitatem.* Neque in ciuilibus, neque in Ecclesiasticis eadem semper est titulorum ratio; ascendant & descendunt, accrescunt & decrescunt pro temporum & hominum varietate, vt docet quotidiana experientia.

Inter alia illegitimè & profus sacris Canonibus aduersè factitata obiicit Baronius huic Pseudosynodo etiam hoc: Ante sententię pronounciationem trinam citationem præmitti debuisse. Hic Calvinista, turgidis faucibus Baronio *ignorantiam Iuris* obiecit; quippe qui *formulam peremptoria citationis perspectam non habuerit: nam Ioannem peremptoriè citatum esse; & hanc simplam sufficere.* Si peremptoriè citatus est; cur ergo citatio repetita est, cum vna eaque simplex sufficiat, quandoquidem peremptoria citatio est, post quam si reus non compareat; sententia fertur? At post primam citationem non est lata contra Ioannem sententia; non fuit igitur peremptoria; nec vllus peremptoriae citationis modus in prima vel secunda citatione apparet, vt fatebuntur illi,

illi, qui citationes ipsas perlegerint. Secundò, etiam si Ioannem peremptoriè citassent; quo iure priuassent eum beneficio iuris de triplici citatione? eum, inquam, quem his titulis cohonestant; & pro suo superiore agnoscunt: *Summo Pontifici & Vniuersali Papa Domino Ioanni, &c.*

## CAPVT XVIII.

*De prima Bulla Leonis VIII. Antipapæ.*

**D**E hac Baronius Annali 10. Anno Redemptoris DCCCC. LXIV. qua conceduntur Othoni primo Imp. varia priuilegia, vt ius eligendi arbitratu suo summum Pontificem, ordinandi Apostolicam Sedem, & inuestiendi Episcopos: dicitque se id facere exemplo Hadriani I. qui Carolo Magno idem priuilegium concesserit. Respond. Bulla hæc non subsistit. I. Quia Leo iste non fuit legitimus Pontifex. Secundo, quia ipsa Bulla est commentitia, vt multis argumentis ostendit Baronius: Calvinista multos citat, qui huius diplomatis ac concessionis meminerint. Sed omnes sunt æui recentioris, & sæculo illo posteriores; vt Theodoricus à Niem, Crancius, Marsilius Patauinus, Platina, Georgius Alt Secretarius Norimbergensis in Chronico, Walthramus Naumburgensis; Fasciculus temporum. Henricus Tocken in Rapulario. Leopoldus Bebenburgius, & quem vel primo loco nominatum oportuit propter grauitatem & auctoritatem Flaccius Illyricus; qui omnes absque accuratiore disquisitione hoc schismaticorum figmentum suis libris illigarunt; ita vt illud alij aliis quasi pilam traderent ac traicerent.



Glossator Decreti dist. 63. cap. 23. secutus est suum Gratianum, qui in his parum consideratè versatus est, vt rectè dixit Illustrissimus Baronius. Et qua fide figmentum de Adriano Papa in suam collectionem transcripsit, eadem ibidem in eandem hoc fictitium Leonis VIII. Antipapæ decretum in suum volumen translulit. Auctor Pannoniæ non est Iuo, sed alius recentior Auctor, vt ostendit Illustrissimus Cardinalis Belarminus in Recognitione librorum de Translatione Imperij. Frâus est & impostura, quod Calvinista Gregoriū XIII. citat. Nam in primis Notæ nouæ in Gratianū non sunt Gregorij XIII. Sed doctorum virorum, quorum opera Gregorius XIII. in volumine Gratiani emaculando vsus est. Secundò notatio illa non probat id, quod Gratianus ibi adfert. Sed tantum indicat, quod nam sit principium illius capituli, & quis ille, Leo, cuius nomen caput illud præfert.

At, inquires, cur non refutarunt, vel omiserunt, vel saltem indicarunt, si capitulum illud est supposititium? In promptu causa est, quia non instituerāt corrigere errores Gratiani; sed illos, quos aut incuria librariorum, Glossatorum, & typographorum, vel temporis diurnitas asperferat: multo minus propositum illis fuit Gratiani textum mutare vel mutilare.

Vix se capit Calvinista præ gaudio. Quæ causa tanti gaudij? quia Baronius Bullam Leonis VIII. quam Anno CHRISTI DCCCC. LXIV. reprobat, vt spuriam, Anno deinceps DCCCC. LXVI. vt legitimam approbat, & inde probat, Othoni Imperat. à Sede Apostolica ius nominandi & eligendi successoris in Imperio concessum esse, Hic ex imis præcordiis

cordiis exultat Calvinista, & veritati grates agit gratias ob hanc confessionem Baronio vel inuito expressam. Sed non est cur intempestiuum triumphum agat: eo enim loci probare volebat Baronius, ius eligendi, & designandi Imperatorem Germanis concessum, manasse à Sede Apostolica, tamquam à primo fonte, institutis Electoribus: Et quia Centuriatores Centur. X. cap. 16. column. 720. Decretum Leonis VIII, citant, & tanquam legitimum libenter recipiunt, in quo à Leone Papa, & quidem vero, vt ipsi existimant, Othoni non tercio, vt Centuriatores hallucinantur, sed primo, potestas sit eligendi in Imperio successorum, ideo non iniuria hæreticis Leonis VIII. auctoritates obiecit; vt eos suis armis conuinceret, ius hoc, quod nunc in septem Electoribus residet, à Pontifice Romano descendere. An nunquam sit, vt aduersarius eo, quod concedit & pro vero reputat, opprimatur, licet alter antagonista id in fabulis numeret?

Multa declamitat Calvinista de priuilegio Carolo Magno per Hadrianum concessio, Et cum testes probati producendi sunt; Theodoricum Niemum producit, quem vocat *indubitata fidei scriptorem*, quia satis audacter Pontifices carpit: & quam sit indubitatae fidei, mox ipsemet Calvinista plenum facit, quando eum *aperti erroris historici* arguit: Dein cum *Registratore* nescio quo tumido ore delitigat; & *Registra* somniat, Et post varia simulacra modis miris circumuolitantia clamat, *hinc detegi Baronij imposturam*, qui quod sub Leone III. factum sit, referat ad Leonem VIII. Quid quæso factum sub Leone III. Carolo Magno concessa fuit facultas eligendi successorum

rem

rem in Imperio. Quæro, à quo concessa fuit hæc facultas? Num à Romano Pontifice? A Romano ergo Pontifice originem primam hoc ius ducit. Cur ergo tam præfractè id alibi negant Hæretici? Num à populo? Sed nullum huius rei vestigium apud vllum probatum Auctorem apparet: Nam populus in Caroli inauguratione nil aliud fecit, quàm quod assensit & acclamauit; assensuque & acclamatione sua factum Pontificis comprobauit.

Quàm verò fatuum est illud per *Synodum* in fictitio Adriani Decreto intelligere *populum*, cum luce clarius sit, capitulum illud, tametsi Spurium, loqui de cœtu Ecclesiastico.

Mentitur Calvinista verba Stramentitij Decreti Leonini à *Baronio truncatim, solenni impostura modo, transcribi*, ob omissam illã paræthesin (*sicut in ipsis conscriptis apparet*) quæ exstat apud Centuriatores, & in Catalogo testium Illyrici. Baronius recitauit Leoninum decretum ex Gratiano, apud quem parenthesis illa non compareret: num volebas, vt ex Illyrico potius exscriberet? Certè summa Baronij integritas & summa fides dubitare nos non sinit, sincerissimè ab eo redditum, quidquid in Annalibus ex ineditis monumentis protulit, quamuis tu contra boes, & vitium, quod tibi & tuis est, Illustrissimo Baronio, viro candidissimo & integerrimo, affricare impudenter tentes.

Dixit Baronius, omnes testari, Othonem I. à Ioanne VIII. in Imperatorè inunctum ac coronatum esse. Hic paratragœdiat Calvinista, & *vel sexcentos se nominare posse* mentitur, qui Baronium falsitatis conuincant. Vbi isti sexcenti? En ex sexcentis fit vnus Platina, Auctor recens; qui tamen hoc non negat; sed ait, quosdã  
dice-

dicere Othonem coronatum à Ioanne; alios, à Leone. Adeo autem multi & tantæ claritatis sunt, qui Othonem ab Ioanne coronatum tradunt, vt reliquos fulgore & auctoritate sua penitus obruant. Et vel vnus Luitprandus Ticinensis lib. 6. cap. 6. cuiusque contrarium sentienti, os obturet; quia fortè interfuit, cum Otho coronaretur; certè interesse potuit, quippe Othoni familiarissimus & gratissimus. Lege Bellarminum lib. 2. de Translat. Imp. Et nostram eiusdem libri Defensionem; & intelligesiure optimo à Baronio dictum; omnes affirmare Othonem à Ioanne VIII. coronam Imperialem accepisse.

Fictitium Leonis VIII. decretum immorigeris etiam vltimum supplicium decernit. Obiicit Baronius; Decretum vltimi supplicij admodum abhorre ab Ecclesiæ consuetudine; Et vel hinc imposturam sub hoc decreto latitantem deprehendi. Occlamat Calvinista. *Baronium decretum hoc tanquam legitimum approbasse Anno DCCCC. XCVI* iam respondi, Baronium locutum ad hominem, vt loquuntur, id est, ad Centuriatores; quia enim, ipsorum iudicio, decretum hoc legitimum est, necesse habent fateri, ius eligendi successorem Romani Imperij, hoc est, Cæsarem, seu Regem Romanum; à Pontifice profectum esse.

Dein post horribilia in Baronium conuicia oggerit Calvinista: *Si Imperatorum est, non Pontificum supplicium mortis sancire, Pontifex ergo non Imperator fuit Auctor donationis, quæ falsò Constantini nomine circumfertur apud Gratianum dist. 96. quæ ad calcem minatur Auctor transgressoribus pœnas aternas; & SS. Apostolorum Petri & Pauli perpetuam indignationem.* Vbi quid prius admirer haud satis dispicio, stuporem an inscitiam? Nam quæ

est hæc consequentia? *Ecclesia in Canonibus & legibus suis non punit in obsequentes pœnâ mortis corporalis, sed spirituales duntaxat pœnas proponit & comminatur; Ergo Imperator, vel quivis alius legislator civilis non spirituales, sed temporales tantummodo pœnas prauaricatoribus comminatur; ergo decretum donationis Constantinianæ, in quo secus fit, fictitium est.* Non sequitur hoc ullo modo; quia comminatio pœnarum spiritualium Ecclesiastico & Politico legislatori communis esse potest; non item pœna mortis corporalis; quæ mansuetudinem & benignitatem Ecclesiæ, Christi, sponsi sui, æmulæ, nequaquam decet. Quocirca qui dicit; *Ecclesia pœnis solummodo spiritualibus utitur; is nequaquam abnuit, quin iisdem politicus quoque legislator uti queat.* Sicut neque tunc: si dicat: Imperatoris est pœnam mortis decernere; negat; Imperatorem quoque pœnas spirituales transgressoribus statuere posse. Et qui hoc cû Calvinista nostro inde colligit, is non argumentatur, sed fatuatur.

Nam Principes quoque Politicos pœnis spiritualibus decreta sua munivisse, multis exemplis monstrari posset. Duo suffecerint. Alterum, S. Henrici Imp. in diplomate de erectione Bambergensis Episcopatus; (habetur in Historia M. S. vitæ) *Si quis autem, quod absit, huius nostræ munificentiam donationis, &c. destruere seu violare tentaverit, in die iudicij coram oculis Dei, tormento inexstinguibili aternaliter luat.*

Alterum nobis suppeditat Rex Angliæ Knuto, in quodam diplomate. Knuto Rex Anglo in quodam diplomate apud Malmesburiensem lib. 2. *Si quis autem quovis deinceps tempore sub aliqua occasione interrumpere, atq; irritum facere huius privilegij testamentum nisus fuerit, sit à consortio piorum ultimi examinis ventilabro dispersivus.*

ius. Si quis verò beneuola intentione hac facere, probare, & defendere studuerit, beatissima Dei Genitricis, & omnium Sanctorum intercessione amplifcet Deus portionem eius in terra uiuentium.

Ait Calvinista. Decretum Leonis non fuisse merè & absolute Ecclesiasticum, neq; à Pontifice factum, tanquam à Pontifice, verùm ab uniuersis ordinibus Reipublicæ Romana; & hinc pœnam mortis adiectam fuisse; quamuis decretis merè Ecclesiasticis ea minimè adici soleat. Ingeniosa profectò euadendi rimula: quam tamen non difficile erit obstruere; Nam Decretum illud est, vel potius fingitur esse, decretū Synodi Romæ in Ecclesia Saluatoris celebratæ: Et ipse Pontifex solus loquitur. *Ego quoq; Leo Episcopus, &c. cum toto Clero & Romano populo, &c.* At inauditum est, vt decretum tale à Synodo Ecclesiastica vel Pontifice in Synodo Ecclesiastica conditum, pœnam mortis corporalis annexam habeat, in quacunque demum materia versetur; hoc est, licet sit de re temporali & Politica; nam in Bulla cœnæ Domini, quàm varia merè ad externam Politiam & Reipublicæ prosperitatem spectantia vetantur; quibus alia quam spiritalis pœna non adiicitur. Neque refert; quòd dicitur, decretum illud factum à Pontifice & Synodo cum *populo Romano*; nam neque huius exemplum proferri potest, vt Pontifex & Synodus cum populo aliquid statuat sub pœna mortis corporalis, & populus in Synodis Ecclesiasticis non statuit aut decernit, cum iure suffragij careat; sed assensu suo id, quod statutum est, comprobat, gratumq; ac ratum habet.

•••••

## CAPVT XIX.

*De secunda Bulla Leonis VIII. Antipapa.*

**R**ECITATUR ab Illustribus. Baronio Anno Redemptoris DCCCC. LXIV. Ex Crancio lib. 4. Metropol. cap. 10. In hac redonat Leo omnia, quæ Carolus Magnus, Pipinus & alij de ditionibus & iuribus regni Italici S. Petro donarant, Hanc constitutionem fictitiam esse probat Baronius variis argumentis. Primo, ex diuersitate styli, quo eo tempore Romana Ecclesia vti solebat. Quamquam hoc argumentum non vrget Baronius, contentus indicasse. Occurrit Calvinista. *Iam Crancium ad hoc argumentum respondisse. Forsan illis verbis: Fateor & ipse in hac formula nonnulla esse, quæ ineptias præferunt. Addit, sepe mutatum à Pontificibus dicendi & scribendi Characterem, donec ad hodiernum deueniretur.* Baronius non arguit Bullam, quod cum hodierno constitutionum Pontificiarum stylo non concordet, sed quia non conueniat cum illo, qui illis temporibus, nempe Anno DCCCC. LXIV. in Ecclesia vsitatus erat.

*Baronius non indicat, inquit Calvinista, in quo hac diuersitas consistat: quo vel vno tacita quadam ratione non diffiteri videtur suum calumniandi animum. Sed quoties istius sodales Critici, cum quid reiiciunt, styli diuersitatem caussantur; neque tamen vel verbulo docent, in quo hæc styli diuersitas sita sit? Quæso an non & abs te hoc ipsum non semel factitatum? Et vt tibi exemplum apponam; quam hoc à stylo sanctionum Apostolicarum abhorrens? Insuper, nisi à malo respuerit, subiaceat Legi Iulie*

liareus Regia Maiestatis & Reipublica, vt hi, qui contra Rempublicam vel contra Imperatoris Maiestatem aliquid moliti fuerint, anima amissionem sustineant. Quid alienius à stylo Curia: vt de modo subscribendi raceam. Nam vbi auditum, decretis Synodalibus vel Pontificiis ciues Romanos subscripsisse, vt fit in ista Bulla?

II. Argumentum sumit Baronius ex tempore. Nam Bulla fingitur data tertio Kalend. Maij in Lateranensi Palatio. At ex Rheginone constat, Othonem cum Leone non esse urbem ingressum hoc Anno DCCCC. LXIV. ante nonum Kalend. Iulij, pridie S. Ioannis Baptistæ: qui fuit Annus tertius Othonis, non secundus. Oggannit Calvinista. *Qua gesta mensibus diuertunt, ipsis quoq, annis diuertere necessum est.* Qua de caussa, obsecro? An quia nundinæ Francofortenses huius Anni M. DC. LX. vernæ & autumnales mensibus diuertunt & disparantur, ideo & annis diuertere oportet? Quæ ratio suadet, vt quæ mensibus distant; annis itidem distent? Bellus profectò faber iste Calvinista, qui constitutiones eò vsque dolat & exasciat, donec proposito suo quadrent. Itaq; scriptionē huius fictitiæ Bullæ in annū DCCCC. LXV. reiicit: non tamen se propterea expedit; quia iste non fuit secundus, sed quartus Othonis annus.

III. Argumentum sumit Baronius ex diuersitate Episcoporum & Cardinalium, qui Anno DCCCC. LXIII. Exauctorationi Ioannis XII. subscriperunt, & qui DCCCC. LXIV. commentitio diplomati subscripsisse referuntur. Ad quæ Calvinista: *Multos interea Episcopos & Cardinales à Leone VIII. & Othone defecisse, quippe, qui mortuo Ioanne XII. Benedictum V. contra Leonem VIII. elegerint.* Sed vt aliqui à Leone VIII. schismatico, ad vnitatem Ecclesiæ redierint; num ideo sta-



tim eis à Leone & Othone successores dari potuerunt; ita vt anno DCCCC. LXIII. fuerit Gregorius Episcopus Albanensis. Anno autē DCCCC. LXIV. Eustachius. Prius Theophilus, Prænestinus; mox, Gratius. Prius, Ioannes, Tiburtinus; iam Benedictus. Prius, Ioannes, Narniensis. Nunc, Martinus, & ita de cæteris; præsertim cum pastores suos ipsi etiam greges, quibus præsumt, plerumq; sequi soleant; nec passi fuissent alios pastores sibi præfici, viuentibus primis, iisque legitimis.

Adiungit Calvinista. *Exstitisse maximam pestem, qua plurimi mortalium ex comitatu & exercitu Othonis absumpti fuerint, teste Rhegino.* At pestis hæc orta est, postquam Bulla Leonina data est, prout fingitur. Nam data cum subscriptionibus fingitur *Tertio Calendas Maij*, in Lateranensi Patriarchio: pestis autem exstitit demum post festum S. Ioannis Baptistæ, cum Imperator ab Vrbe discessisset: vt disertè Rhegino docet; Et hoc, Anno Christi DCCCC. LXIV. Tandem à Critica præsidium quærit Calvinista, à Baronio coactus & constrictus, nec quo se recipiat, gnarus, nisi ad suam amabilem insaniam, Crisin dicere volebam, cuius beneficio ex omnibus labyrinthis euadit. Cum enim Baronius manifestissimè ostendisset Ioannem Narniensem Episcopum, qui Conciliabulo Romano, Anno DCCCC. LXIII. subscripserit, non obiisse Anno sequenti DCCCC. LXIV. ita vt in eius locum Martinus substitui potuerit, cuius nomen Leonino decreto subscriptum legitur: Vociferatur Calvinista; *Scripturam esse vitiosam: Legendum: Martinus Sutriensis: non; Narniensis: nam in Romano Concilio Martinum Sutriensem à Ioanne Narniensi discriminari; Imperitum librarium duos Episcopos in unum*

*conflasse*. Sed patiat, vt, si non Theodorici à Niem, saltem Flaccij Illyrici auctoritatem potiore ducamus, quàm suam; qui *Martinum Narniensem* nobis exhibet, neque critica luce adeo perfusus & collustratus fuit, vt duos Episcopos & Episcopatus in vnum coaluisse animaduertere potuerit.

In Leonino edicto donantur Othoni, quæ Iustinianus Imp. Ecclesiæ Romanæ donauerat. Hinc quoque fraudem aperit Baronius: quia ne gleba quidem terræ monstrari potest, quam Ecclesia Romana dono Iustiniani acceperit. Ait Calvinista; *Baronium hoc suo responso non tam infirmare instrumentum Leoninum, quàm legem; Inter claras* (de sum. Trinit. &c.) vbi Ecclesia Romana caput omnium Ecclesiarum constituitur. Nugas & quidem mendaces, *more suo solens*, Calvinista agit. Nam in illa lege, ne gleba quidem terræ à Iustiniano Ecclesiæ Romanæ conceditur. Secundò, mendacium est Ecclesiam Romanam in illa lege *caput omnium Ecclesiarum constitui*; non constituitur; sed id quod erat; à Iustiniano agnoscitur ac deprædicatur. Vt enim is, qui Imperatorem nominat caput omnium aliorum Principum; Imperatorem nequaquam tum demum caput omnium aliorum Principum constituit; sed id quod est, in eo agnoscit ac prædicat; sic & in proposito de Iustiniano statuendum est.

Hic iterum ex critica apotheca rebus malè sanis Calvinista pharmacum petit; & Iustinianum in *Constantinum* transmutat, omni veteris exemplaris fide destitutus, contra suos Niemum & Illyricum: Ex sola insanæ Critices prurigine. qua itidem impulsus ex Leonino decreto eiicit illa verba: *Videlicet de CRUCE Domini, & de caligis pedum suorum, &c.* Cum existant apud

apud Crancium, Niemum, & Illyricum. At Calvinista morem iurandi ad Reliquias sanctæ Crucis & Sanctorum ferre nequit. De quo more multa lib. 2. de S. Cruce cap. 16. & 17. Et vt hoc obiter quoque notem; *caligarum* nomine hîc sandalia intelliguntur, vt & in illo Actuum 12. *Calcea te caligas tuas.* In quem locum lege Lorum.

Detegit insuper Baronius fraudem Leonini decreti ex subscriptionibus Cardinalium; Ex quibus vnus: Andreas Cardinalis Presbyter *Patriarchatus Lateranensis. Iulianus Lateranensis Presbyter (Cardinalis) Faustinus S. Petri Presbyter (Cardinalis)* Quis vnquam audiuit vnus *Tituli* duos Cardinales, vt hic fit in Laterano? Quis vnquam vel fando accepit Lateranensem & B. Petri Ecclesias Patriarchales concessas esse in titulos Presbyteris Cardinalibus? Sed Calvinista Baronium, hoc est, sus Mineruam, docet. *En tibi, inquit, Cardinalem Lateranensem. Is fuit qui in Palatio & Basilica Lateranensi Papæ ministrabat; unde & Palatinus vel Basilicarius dicitur, de quo Onuphrius in Interpret. Vocum obscurarum Ecclesiast. V. Diaconus.* Hic ferè tot sunt errata quot verba. Nam I. Onuphrius non dicit istum Cardinalem, qui Papæ in Palatio vel Basilica ministrabat, vocatum esse Lateranensem; sed *Palatinum* vel *Basilicarium*, non vt à suo titulo, sed quia Papæ in Palatio & Basilica Lateranensi ministrabat. II. Onuphrius non dicit, istum Cardinalem fuisse Presbyterum, sed Diaconum. At Cardinales duo Lateranenses, qui sua subscriptione Leoninum decretum corroborasse finguntur; pari fraudi *Presbyteri* fuisse finguntur. III. Si Cardinalis ideo dicitur *Cardinalis Lateranensis vel S. Petri*, quia in Basilica Lateranensi vel S. Petri Pontifici ministrat; omnibus Cardinalibus

bus à Laterano vel S. Petro nomen indendum erit, quia omnes Pontifici in his templis ministrant, quando occasio datur.

Faustinum qui se nominat *S. Petri Card. Presbyterum*, dicit Calvinista esse illum, qui hodie maior Pœnitentiarius appellatur. Sed licet hoc ita esset, an ob officium maioris Pœnitentiarij Cardinalis S. Petri nominari potuit? Quis non rideret, si supremus Pœnitentiarius à S. Petro, tanquam à suo titulo, Cardinalis sancti Petri à quoquam cognominaretur?

## CAPVT XX.

*Othonis Magni diploma de Regalibus S. Petro concessis.*

**H**ISTORIA apud Baronium Tom. 10. Anno DCCCC. LXII. Calvinista pro suppositis habet. Et tamen autographum & primigenium huius diplomatis exemplar asseruatur Romæ in Castello S. Angeli, vt testatur Baronius qui vidit. Sed en dilemma inuitabile. *Aut Otho dedit hoc diploma, cum iam Imperator esset, aut ante Imperium.* Respondeo, cum iam Imperator esset, Anno Imperij sui primo.

Obiicit Calvinista. *Ad calcem diplomatis poni annum XXVII. Imperij Othonis. Othonem ergo etiam ante inaugurationem & coronationem Pontificiam fuisse Imperatorem.* Respondet Baronius, nomen Imperij eo loco accipi improprie pro annis Regni; nam primum Othonis Imperantis annum, fuisse vigesimum septimum annum regnantis. *Perbellè mehercules, clamat Calvinista. (Perbellè certè, imò bellius, quam tibi placeat.) Dicite mihi*  
*fuls.*

*sultis, (dicemus, ne dubites; & plura, quam audire velis) an huic improprietati praestando contradixerit Pontifex, nec ne? (Quid opus erat contradictione?) Si non contradixit, tacite renunciaffe videtur privilegio suo, quod semper Pontifices habuisse iactitant, atq; consensisse, ut electus à proceribus etiam ante unctiorem & coronationem Pontificiam, sit ac nominetur Imperator Augustus. Nihil huius sequitur. Nō enim fugiebat, Papam, quo sensu Otho annos Imperij in illo diplomate usurparet; improprie scilicet, ut recte dixit Baronius; praesertim cum idem Otho in alio diplomate Anno DCCC LXII. Nouariensi Ecclesiae concessio, hanc clausulam adiungat. Data VI. Kalend. Augusti, Anno Dominicae Incarnationis DCCC. LXII. Anno vero Imperij Domini Othonis Serenissimi Augusti primo.*

Oggannit Calvinista. Fieri hoc modo ex Imperatore Proteum, qui diuersa subscriptione usus fuerit in diplomatis eodem anno scriptis. Num ideo Vertumnus erit, si eodem anno utatur Imperij nomine improprie; alia vice & alibi, proprie?

Sed en Calvinianam libertatem. Optionem dat Baronius, ut eligat, num Romanum an Nouariense diploma velit esse commentitium. Nil opus hac optione. Neutrum fictitium est, quia vtrumque legitimum, genuinum & sincerum est. Romanum diploma esse spurium, conuincit dicit ex Leonis VIII. Bulla: & Othonis III. Constitutione; Verum & hanc & illam recte censeri stramentitiam, suo loco iam vidimus. Ait, ex Othonis diplomate falsitatis etiam argui donationem Ludouici Pij Imp. cum huius non meminerit. At meminit donationis factae à Pipino Rege, & Carolo Magno; à qua donatio Ludouici parum discrepat. Adiungit Calvinista: Licet Othonis diploma verum esset; nil tamen ad stabilimentum Pontificiae superioris.

rioritatis faceret, quia Imperator seruat ibi omnium ciuitatū & prouinciarum proprietatem; solumq; usum fructum Pontifici concedit. Hoc mendacium refellet ipsa diplomatis inspectio & lectio: absolutam enim donationem complectitur: Et verba illa: *Salua super eosdem Ducatus nostra in omnibus dominatione, & illorum ad nostram partem & filij nostri subiectione;* nō pertinent, nisi ad Ducatus duos, Tuscanum scilicet & Spoletanum; vnde S. Petro annua pensio soluebatur, iure dominij apud Imperatorē remanente. Calvinista tamen ita verba illa proponit, quasi ad omnia dona in illo diplomate recensita spectent. Nec minor fraus & sycophantia committitur; cum illa verba: *vt ea in illius ditione ad vtendum, & fruendum atq; disponendum firmiter valeant obtineri, salua in omnibus potestate nostra, & filij nostri, &c.* refert ad omnia dona diplomatis, quasi in omnibus potestatem dominij Imperator sibi reseruauerit: quod falsum est; nam de qua potestate Pontifex loquatur; ipse è vestigio explicat; cum quomodo Romanus Pontifex eligi debeat, modum ac rationem præscribit. Quis sit ille Leo, spiritalis Pater, cuius Otho meminit, suo loco dicemus.

Porro non tantum in illo Nouariensi, sed & in alijs Othonis I. Constitutionibus Anni Regni diligenter distinguuntur ab annis Imperij, vt in Præcepto de Mercatu in Wezenloch, quod exstat in Appendice ad Origines Palatinas Freheri. Cuius clausula est. *Data 11. Non. May, Anno Incarnationis Dominica DCCC.LXV. Indictione VIII. Anno Regni Domini Otthonis XXX. Imperij verò III.* Alibi quoque tam in Othonis, quam aliorum diplomatis semper Annos Regni ab Annis Imperij distinctos, & ante coronationem Pontificiam solos Regni Annos designatos videbis; & contrarium non nisi

rarissimè deprehendes; idque scribarum potius quam  
 ipsorum Principum culpâ; Imperij annos cum Re-  
 gni tempore, & hoc cum illis abusive copulantium &  
 continuantium. Mirarer hæc à sectariis negari, cum ipsi  
 quotidie diplomata in vulgus euulgent, in quibus ac-  
 curatissimè Anni Regni ab Annis Imperij, & hi ab illis,  
 discriminantur, & in quibus ante inaugurationem Põ-  
 tificiam non Imperatores, sed Reges appellantur; nisi  
 compertum haberem, istos, odio Pontificis Romani  
 eò processisse, vt etiam clarissima inficiari non erube-  
 scant. Euulgauit Anno superiore, hoc est, M. DCIX.  
 Erpoldus Lindenbrogius vno in volumine scriptores  
 quosdam rerum Germanicarum Septentrionalium, &  
 cum illis non paucas Imperatorum & Regum Consti-  
 tutiones, nominatim trium Othonum, in his distin-  
 ctio hæc accuratè obseruatur; nullus illorum ante Co-  
 rationem Pontificiam, sese Imperatorem nominat;  
 sed solummodo Regem. Exordium primæ Constitu-  
 tionis est. *Otto diuina fauente Clementia Rex, &c. Finis.*  
*Data 11. Kalend. Iulij Anno Domini D C C C C. XXXVII. In-*  
*dict. 10. Anno Regni Ottonis pijsimi Regis I. Secundæ. Otto*  
*Rex, &c. Anno autem Ottone Regnante Rege II. Tertix,*  
*Otto diuina fauente Clementia Imp. Augustus. Anno Dom.*  
*Incar. D C C C C. L XV. &c. Anno autem Domini Ottonis,*  
*Imperij IV. Regni XXX. Quartæ. Otto Dei Clementia Imp.*  
*Augustus, &c. Anno Domini Ottonis Magni Imperatoris*  
*Regni XXXI. Imperij verò IV. Quintæ, quæ est Othonis*  
*II. Otto diuina fau. Clem. Rex. Anno Serenissimi Regis Otto-*  
*nis VII. Sextæ, itidem Othonis II. Otto diu. fau. Clem.*  
*Imp. August. Anno Regni Domini Ottonis XI. Imperij autem*  
*VI. Septimæ, Otto diu. fau. Clem. Imp. Aug. Anno Regni II.*  
*Ottonis XXV. Imperij autem XV. Octauæ, Otto (est hic*  
 Ter-

Tertius) diu. fau. Clem. Rex. Anno III. Ottonis regnantis  
 V. Nonæ. Otto Dei Clementia Rex. Finis prout in præce-  
 denti cōstitutione. Decimæ. Otto, &c. Rom. Imp. Aug. An-  
 no III. Ottonis Regni XIV. Imperij V. Vndecimæ clausula.  
 Anno III. Ottonis Regni XIV. Imperij VI. In eodem vo-  
 lumine exstat diploma Henrici Aucupis. Initium. Hen-  
 ricus diu. fau. Clementia Rex. Finis. Anno autem Henrici  
 Regis XVII.

## CAPVT XXI.

*Commentitia Othonis III. Constitutio, eiusq;  
 refutatio.*

**E** DIDIT hoc figmentum Goldastus Caluini-  
 sta inter non tam Imperiales, quàm suas Cō-  
 stitutiones, nam pleræque non sunt Impera-  
 torum sanctiones, sed schismaticorum, Hæ-  
 reticorum & aliorum malè feriatorum somniationes;  
 vt iam sæpe dictum, qui eam refert ad annum Redem-  
 ptoris DCCCC. XCVIII. hac præfixa inscriptione. *De Iure  
 ac potestate Imperij, de Donatione Constantini & Caroli Cal-  
 ui, de assignatione honorum, quibus Pontifices Romani, ad sui  
 suæ Ecclesie sustentationem vti frui debeant.* Textus ita  
 habet.

*In nomine sanctæ & indiuidua Trinitatis Otto seruus A-  
 postolorum, & secundum voluntatem DEI Saluatoris Roma-  
 norum Imperator Augustus. Romam caput mundi profite-  
 mur, Romanam Ecclesiam matrem omnium Ecclesiarum esse  
 testamur, sed iniuria & inscientia Pontificum longè sua clari-  
 tatis titulos obsuscasse. Nam non solum qua extra Urbem esse  
 videbantur, vendiderunt, & quibusdam colludiis \* à lare \* altare.  
 S. Petri alienarunt, sed (quod absq; dolore non dicimus) si quid*



in hac nostra Vrberugia habuerunt, ut maiori licentia euagarentur, omnibus\* cum vindicante pecunia in commune dederunt, & S. Petrum, & S. Paulum, ipsa quoque altaria spoliauerunt, & pro reparatione semper confusionem duxerunt. Confusis verò Papaticis legibus, & iam abiecta Ecclesia Romana, in tantum quidam Pontificum irruerunt, ut maximam partem Imperij nostri Apostolatus suo coniungerent, iam non querentes, quae & quanta suis culpis perdididerunt, non curantes quanta ex voluntaria vanitate effuderunt, sed sua propria, utpote ab illis ipsis dilapidata dimittentes, quasi culpam suam in Imperium nostrum retorquentes, ad aliena, id est, ad nostra, & nostri Imperij maximè migrauerunt.

\* mutilus.

\* longi.

Hac sunt enim commenta ab illis ipsis inuenta, quibus Ioannes Diaconus cognomento Digitorum\* mutius, praeceptum aureis literis scripsit, sub titulo Magni Constantini\* longa mendacij tempora finxit. Hac sunt etiam commenta, quibus dicunt, quendam Carolum S. Petro nostra publica tribuisse. Sed ad haec respondemus, ipsum Carolum nihil dare iure potuisse, utpote iam à Carolo meliore fugatum, iam Imperio priuatum, iam destitutum & annullatum. Ergò quod non habuit, dedit, sic dedit, sicut nimirum dare potuit, utpote qui male acquisiuit, & diu se possessurum non sperauit.

Spretis ergò commentitiis praeceptis, & imaginariis scriptis, ex nostra liberalitate sancto Petro donamus, quae nostra sunt, non sibi quae sua sunt, veluti nostra cōferimus. Sicut enim pro amore S. Petri Dominum Siluestrum, magistrum nostrum, Papam elegimus, & DEO volente, ipsum Serenissimum ordinauimus, & creauimus: ita pro amore ipsius Domini Siluestri Papa, sancto Petro de publico nostro dona conferimus, ut habeat magister, quod Principi nostro Petro à parte sui discipuli offerat. Octo igitur Comitatus pro amore magistri nostri Domini Siluestri Papa sancto Petro offerimus & donamus, ut ad hono-

honorem DEI & sancti Petri cum sua & nostra salute habeat  
 & teneat, & ad incrementa sui Apostolatus, nostrig, Imperij  
 Ordines. Hos autem sibi ad ordinandum concedimus, Pisau-  
 rum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Fossabrunum, Callium,  
 Esium & Ausimum, ut nullus vnquam ei & S. Petro audeat  
 aliquam inquietudinem facere, aut eum aliquo ingenio fati-  
 gare. Quicumq, vero presumpserit; omnia, qua habuerit, a-  
 mittat: & S. Petrus, qua sunt sua, recipiat. Vt hoc autem in a-  
 ternum ab omnibus conseruetur: hoc praeceptum manu nostra  
 diu, Domino adiutore, victura confirmauimus, & nostro sigillo  
 praecepimus insigniri, ut sibi, suisq, successoribus valeat. Si-  
 gnum Domini Ottonis inuictissimi Romanorum Imperatoris  
 Augusti. In autographo Bulla est appensa plumbea, in  
 cuius vna parte scriptum: *Oddo Imperator Romanorum.*  
 In altera caput est hominis cum pilis crispis, cumque  
 spatulis & inscriptione; AVREA ROMA.

Hoc diploma fictitium esse, multis rationibus ostē-  
 di potest. I. Ex stylo, quid ni enim & ego cum Criticis  
 disceptans, crisin suppetias venire iubeam? Quā enim  
 alienum est à more scribendi Imperatorum illud: *Otto*  
*seruus Apostolorum, &c.* Etsi non ignoro apud Erpoldum  
 extare diploma hoc titulo. *Otto seruus aliorum.* Illud et-  
 iam recentiorem manum & genium olet. *Papaticis legi-*  
*bus.* Nihil supererat, quàm ut huius plasmatis opifex di-  
 ceret: *Papisticis legibus.* Sed statim hæc auis ex rostro &  
 cantu agnita fuisset.

Præterea, quis ille Carolus, quem his verbis Auctor  
 denotat? *Hæc sunt etiam commenta, quibus dicunt, quendā*  
*Carolus sancto Petro nostra publica tribuisse.* Calvinista an-  
 notat, esse *Carolus Caluum.* Sed hoc non potest subsiste-  
 re. Quia fictitia hæc Constitutio indicat Carolum, de  
 quo loquitur, *iam fugatum, imperio priuatum, iam destitu-*  
*tum*

rum & annullatum dona Ecclesie Romanae contulisse; atque adeo non de suo, sed de alieno munificum fuisse. Sed hæc Carolo Caluo non competunt; nam donationes factas à suis antecessoribus Regibus & Imperatoribus confirmavit, & Chirographo suo ratas habuit, cum Imperium Regnumque Italiae & Galliae teneret, in Concilio Pontigonensi Anno DCCC. LXXVII. ut patet ex Epistola Ioannis VIII. Papæ ad Landulphum Episcopum Capuanum (& est Epist. nona in Regeſto Ioannis) ubi de Carolo Caluo hæc Pontifex. *Omne sanè ius potestatis antiquitus attributum (Ecclesie Romanae) capitulariter renouans in conuentu (Pontigonensi) Episcoporum ac Optimatum inuolabiliter concessit habendum.* Confirmavit ergo Carolus Caluus veterum donationes, cum Imperium & Regna quietus teneret: Non igitur *fugatus, non Imperio priuatus, non destitutus & annullatus.* Illa etiam verba; *Ergo quod non habuit dedit; sic dedit, sicut nimium dare potuit, utpote, qui malè acquisiuit, & diu se possessurum non sperauit:* apertè indicant; hoc sanctionis signum non loqui de confirmatione veterum donationum facta à Carolo Caluo, ut audiuimus ex Ioanne Papa. Quia confirmando veteres donationes, *non dedit, quod non habuit; nec malè acquisita dedit; neque eo consilio dedit, quòd desperaret, se ea diu possessurum; sed quæ iam pridem à Regibus & Imperatoribus iustè & legitime S. Petro donata erant, auctoritate Regia & Imperatoria confirmavit.*

Nec possunt ista intelligi de illa donatione facta B. Petro à Carolo Caluo, quam Calvinista affert ex Eutropio suo, de qua supra cap. 15. quia neque istam donationem (seu vera sit seu ficta, de hoc enim non disputabo) fecit Carolus Caluus *fugatus; iam imperio priuatus, iam desti-*

*deslitutus, & annullatus; sed cum Imperium, Italiæque & Gallia Regnateneret; nec, quoad vixit Italiæ Regno excidit.*

Præterea, quis nam est ille Carolus, qui Carolum Caluum donatorem *fugasse, & imperio fugasse dicitur?* Calvinista annotat esse Carolum Crassum, & fratrem eius Carolomannum. Sed id verum non est; nam primum quod ad Romanum Imperium attinet, illud, Carolus Caluus ex quo acceperat, ad finem vsque retinuit; nec Regnum Italiæ amisit. Licet enim Ludouicus Rex Germaniæ filium suum Carolomannum contra Carolum Caluum in Italiam cum fortissimo exercitu ablegasset, nihil tamen effecit Carolomannus, circumuentus à Carolo Caluo, vt ex Francicis Annalibus ostendit Baronius Tom. 10. Anno Salutis DCCC. LXXV. Superavit quidem ingenti prælio Carolum Caluum Ludouicus, Nepos Calui, ex Ludouico fratre, Rege Germaniæ, Anno Domini DCCC. LXXVI. Sed in Germania, cum Caluus contra ius & fas Nepotes suos, filios Ludouici fratris sui, ex paterno Germaniæ Regno eiicere, illudque sibi subiicere tentasset: Sed Italiã Caluo non ademit, vt eum cogere posset ad reuocationem eorum, quæ Caluus Ecclesiæ Romanæ donasset. Adeptus est quidem post Caluum & filium eius Ludouicũ, Carolus Crassus Romanum Imperium; sed quod vllam donationem factam Romanæ Ecclesiæ à Carolo Caluo reuocauerit, id nemo Historicorum scriptum reliquit. A vero abit & illud: *Ergo, quod non habuit, dedit.* Imò, si quid dedisset; id quod habebat, dedisset. Nam regnum Italiæ post mortem Ludouici II. Imp. occupauerat. Vtrum, vt diploma dicit, *Italiam malè adquisierit, & diu se possessurum non sperarit; in medio relin-*  

s

quo;

quo; certè vsque ad supremum vitæ suæ diem retinuit.

Adde, si hæc sanctio ista solummodo reuocat, quæ Carolus Caluus B. Petro donauerat; ea autem alia non sunt, quàm quæ capite 15. ex Eutropio Longobardo audiuiimus; cur reuocat ea itidem, quæ non Carolus Caluus, sed Pipinus, Carolus Magnus, Ludouicus Pius, & Otho Magnus, Ecclesiæ Romanæ donauerant? Nam præter octo Comitatus nihil B. Petro reliquum facit hæc fictitia cõstitutio. Voluit, Otho, vt præ se fert diploma; castigare nimis effusam Calui liberalitatem, & interim Romanæ Ecclesiæ pleraque adimit, quæ Regum ac Imperatorum beneficio iam tot annis possederat.

Dicit fictitijs Otho, se Pontifici Romano octo Comitatus concedere, & tamen in textu non nominatur nisi septem, etiam in Germanica translatione; vbi iure quæras; quid sibi in titulo velint ista verba: *Wie auch des vermeindten Kayser Carols des Kalen.* An Carolus Caluus non fuit legitimus Imperator, legitimè electus & coronatus? Quis vnquam, præter Caluinistam hunc, istud asseruit? Num tituli huius seu inscriptionis Caluinista Auctor est? qui constitutionibus seu veris seu fictis titulos arbitrato suo præfigit, crebro non sine criminationibus, vt & hic factum tam in Latino, quam in Germanico diplomate. De coronatione Calui lege Baronium Anno DCCC.LXXVI.

Caluinista, vt octo Comitatus extundat, libenter illud *Gallihesi*, per Criticam suam in *Calles, Hesium*, transformaret. At vt id obtineat, necesse erit, vt inuocet opẽ Circes, alioqui metamorphosis ista non succedet. Quã insuper ab Ecclesiastica consuetudine abhorret illa phrasis: *Deo volente ipsum (Syluestrum) serenissimum ordina-*

dina-

*dinauimus*. Quis vnquam Imperator nominauit Romanum Pontificem *serenissimum*? Quis vnquam audiuit hanc locutionem: *Ordinauimus serenissimum*: idem significare, quod; *ordinauimus Pontificem Romanum*.

His adiunge: Si hoc diploma non est supposititium, tum supposititiū esse illud Leonis Antipapæ quod Baronius Anno DCCCC.LXIV. adfert ex Crancio, concessum Othoni primo, quo Leo ille restituit Othoni I. quidquid Carolus Magnus & Pipinus Ecclesiæ Romanæ & S. Petro donauerant. Nam si hæc vera sunt, quid opus erat, vt Otho III. Nepos Othonis primi donationes Ecclesiæ Romanæ factas reuocaret, cum iam reuocatæ essent, & quidem ab illo, quem Otho primus pro legitimo Pontifice habebat? An rem tanti ponderis nesciebat Otho III. paucorum annorum interuallo ab Othone primo disiunctus? Et cum in Leonis diplomate mentio fiat donationis Pipini & Caroli Magni; nulla verò Caroli Calui; quī, quæso, diploma Othoni III. affictum, solam donationem Caroli Calui vrget; cum ea reuera vel nulla fuerit, vel certè longissimè minor & adstrictior fuerit, quàm donatio Pipini, Caroli Magni, Ludouici, & Othonis primi. Ægrè profectò dabit Calvinista Bullam Leonis esse cassam & inanem, cum eam tanto apparatu verborum inter constitutiones Imperiales retulerit, & scholiis aduersus Baronium illustrare tentauerit. Ego & hanc & illam sanctionem stramentitiam existimo; & ex hoc figmento colligo, posterioris diplomatis fabrum fuisse malum figulum, qui suum somnium ad Leonis Bullam appositè concinnare & exasciare non potuerit ea scilicet arte, vt neutra alteram euerteret, sed potius adiuuaret; quod factum fuisset, si iste laruatus Otho non solam Caroli Calui,

sed & Pipini, Caroli Magni & aliorum donationes impugnasset; Bullamque Leonis VIII. reuocatricem donationum Pipini & Caroli Magni adduxisset, nunc cum solam Caroli, & quidem Calui, vt Caluinista arbitratur, donationem vrget; culicem excoriat, & camelum deglutit.

Ad extremum non est verum, quod in hoc diplomate asseritur, Pontifices ex dilapidatione rerum suarum intra & extra urbem, inuasisse postea res & iura Imperij. Nam Pontifices illi, in quos suam munificentiam Pipinus, Carolus Magnus, & Ludouicus Pius tam liberaliter exprompserunt, plerique sanctissimi fuere, tantum abest, vt *dilapidatorum* conuicio iure feriri mereantur; Et quidquid iacturæ suo in Patrimonio vel intra vel extra Urbem S. Petri fecerat, id non accidit culpa Pontificum; sed immanitate & truculentia Longobardorum, & aliorum tyrannorum; qui postea existerunt, præsertim ante Othonis Magni Imperium; quando Patrimonium S. Petri videbatur esse præda Myforum. Et quis tam obesæ naris est, qui non odoretur ex acerbitate & petulãtia orationis, hoc diploma non produsse ab aliquo graui Imperatore, sed à Schismatico vel Hæretico quopiam, pessimè in Sedem Apostolicam affecto.

Admodum autem subtile fuit acumen Goldasti, cum hoc Othonis diploma insignit Æra Anni Christi DCCCC. XCVIII. cum isto Anno Gerbertus, Syluester II. appellatus, nondum fuerit Pontifex, quippe ad hanc dignitatem Anno Domini DCCCC. XCIX. demum euectus, mortuo Gregorio V. qui excessit 12. Kalend. Martij, seu, vt vult Ditmarus, Pridie nonas Februarij, DCCCC. XCIX. Quomodo igitur Ocho III. Syluestro II. Papæ octo Comitatus donat Anno DCCCC. XCVIII.

XCVIII. cum hoc Anno Syluester Cathedram Petri nondum conscendisset?

*De donatione Constantini Magni.*

**A**FFIRMAT huius Othonianæ constitutionis Architectus Ioannem Diaconum finxisse donationis Cōstantinianę diploma, quod à Balsamone comment. in Photij Nomocanonem, & à Gratiano d. 96. & ab aliis tam Græcis, quàm Latinis scriptoribus & Canonum Collectoribus vel integrum recitatur, vel saltem citatur & attingitur. Sed quis sit iste Ioannes Diaconus, incompertum habeo. Nec ausim coniecturam meam ad Ioannem Diaconū, qui sub Ioanne VIII. vixit, scriptorem vitæ S. Gregorij, extendere: Nec desunt, (inter quos & Baronius Tom. 3. Annal. Anno Christi CCC. XXIV.) qui arbitrentur, Diploma hoc à Græcis corruptum ac deprauatum esse; si non omnino confictum; in quam sententiam veniunt cum alias ob causas, tum ob illa, quæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ concessa feruntur; quorum fides meritò in dubium vocatur; quia recentiorum Græcorum arrogantiam, & cum Romana Ecclesia æmulationem & quasi Zelotypiam sapiunt.

Vtcunque verò siue donatio, siue edictum Constantini sese habeat, (nam vtriusque copiosus assertor est Augustinus Steuchus libris duobus contra Vallam) nos dicimus, I. Nec spiritualem potestatem, & super omnes eminentiam Romani Pontificis nisi illo edicto Cōstantiniano, sed iure diuino, & edictis, vt ita loquar, Dei & Saluatoris nostri IESU Christi.

II. Neque etiam iurisdictionem temporalem, & iustitiam



stitiam possessionis, qua vrbes & integras Prouincias Pontifex possidet: Demus enim donationem illam Constantinianam ex posteriorum officina processisse; an ideo iuste non possidet Pontifex, quæ possidet? An Pipinus, & Carolus Magnus, ea, quæ sanguine suorum ex Longobardorum faucibus eripuerant, S. Petro non potuerunt offerre? An eorum donationes Ludouico Pio, Othoni I. Henrico II. Rudolpho I. & aliis Imp. integrum non fuit confirmare, & nouas in super adicere? vt taceam alios titulos, quibus Pontifices in Italia dominium temporale diuersarum urbium sibi parare valuerunt, nō secus ac alij, de quorum possessione num iusta sit, nemo amplius disceptat.

Quocirca nil nisi vanissimæ vociferationes & ludificationes sunt, quæcunque Lutherus post Vallam in Constantini donationem furiosè detonat. Nam Anno M. D. XXXVII. quo de Protestantibus ad indictum Mantuum Concilium euocandis, maximè agebatur, ipse libellum Germanicum euulgauit hoc titulo. *Luther auß den hohē Artickeln des allerheiligsten Bapstlichen Glaubens/genannt/Donatio Constantini/durch W. Luther verdeutscht/in das auffgeschobene Concilium von Mantua.* Et mox ex Constantiniano edicto excerpta quædam Germanicè vertit, & glossulis explanat tam petulanter & obscane, vt videatur Lutherus omnibus scurris palmam præripere; neque hoc tantum; sed & manifestum specimen dare voluisse, se in hac scurrandi arte nec parem habuisse, nec habere, nec habiturum. Textui & scholiis subiungit maledicentissimam & furiosissimam in Romam, Papam, & Papistas inuectiuam, & ita bacchatur, quasi nos donationem Constantini inter *articulos Apostolici Symboli* numeremus; quam

quam suam criminationem mentibus suorum in ipso famosæ & satyricæ suæ chartæ frontispicio instillare tentauit; neque in hac sua vesania & maledicentia alium finem spectauit, quàm vt Germanorum animos à Concilio futuro auerteret & abalienaret: Et tamen summis clamoribus tam Lutherus, quàm a seclæ perpetuò Concilium efflagitabant. At vbi eo ventum, vt Concilium cogeretur, manibus pedibusque elaborarunt, ne eò proficisci iuberentur.

Quapropter eodem Anno alium quoque libellum euulgauit Lutherus hac inscriptione. *Die Lügend von S. Johanne Chrysofomo an die heiligen Väter inn dem vermeinten Concilio zu Mantua durch W. Luther gesandt.* Quæ caussa huius fabulæ sparsæ? Non alia certè, quàm vt Lutherus Papam cum vniuersa Synodo sannis & ludibrio suorum exponeret; quasi Pontificis & Synodi sit præstare culpam eorum, qui olim varias fabulas cõmenti sunt, siue ex inscitia, siue ex rudi quadam simplicitate; quorum inanitatem & falsimoniam iam pridem literarum & Ecclesiasticæ antiquitatis exorta lux disiecit ac dispulit.

Hæc iam scripseram, cum ecce in locupletissimo illo omnis Antiquitatis Promptuario, Baronio Tom. 12. Anno Christi M. CXCI. supradictam Othonianam sanctionem inuenio; & eruditam disquisitionem, quæ tum Constantini edictum, tum ipsa constitutio examinatur. Perstat Baronius in ea sententia, edictum Constantini à Græcis vel deprauatum, vel omnino confictum, & actis Syluestri insertum, neque vllum vel Græcum vel Latinum scriptorẽ ante Leonem IX. in Epist. ad Michaëlem Constantinop. & Leonem Acridanum Episcopos, eius mentionem facere: & Theodorum  
Balsa-

Balsamonem illud suis in Nomocanonem Photianum Commentariis illigasse, non vt Latinis gratum faceret; sed vt Constantinopolitano throno antiquitatem & æqualitatē cum sede Romana dolosè adstrueret. Idem edictum vanitatis arguitur in recitato sub Othonis III. nomine diplomate; vt vidimus, diciturque fictum à Ioanne Diacono *digitorum Mutio* seu *Mutilo*; quod diploma inuentum est Assisij, & in publicum instrumentum relatum à Ioanne de Amelio Foroiuliensi Archidiacono, cum eò missus esset à Benedicto XII. Anno Christi MCCC. XXXVIII. vt perquireret *pruilegia, Registra, libros & scripturas* ad Ecclesiam Romanam pertinentes.

Dicat quis: Hinc diplomati Othoniano fidem cõciliari; cum quidquid factum est, factum videatur auctoritate Benedicti XII. Papæ. Respondeo; non esse cur Benedicti auctoritas huic commento prætexatur; nam quidquid ille Archidiaconus hac in re egit, id non Pontifici, sed Archidiacono adscribendum est: nam missus fuerat Assisium, vt *pruilegia* Romanæ Ecclesiæ colligeret, ac authenticè transcriberet. Incidit & in hoc, quod certè non *pruilegium*, sed potius, vt vocant, *prauilegium* erat; cum Romanam Ecclesiam potissima ditionum suarum parte multaret. Retulit tamen in Instrumentum publicum, & ad Benedictum transmisit; cui probatum esse, quis credat; tum præter apertissimam iniustitiam, manifestam quodque imperitiam præ se ferat, vt ex supra dictis liquet; neque Pontifices Prouincias quas obtinebant, titulo donationis Constantinianæ, sed aliis rationibus defendere consueverint: Et mirum est Archidiacono imposturam nõ suboluisse: cum satis sit in propatulo, nec in abdito lateat, vt

singulari studio ad eam eruendā sit opus. Nam cui Carolo, ea, quæ diploma habet, accommodari queunt? Non primo; vt per se planum; non secundo, qui Caluus dicebatur, vt supra ostensum. Non tertio, qui Crasus; quia iste nullum successorem Carolum habuit, à quo fuerit imperio exutus; nimis enim longo intervallo ab illo distant Carolus IV. & Carolus V.

Deinde cum diploma istud damnet donationem Constantini & cuiusdam Caroli, cur non pari sententia damnauit donationes Pipini, Caroli Magni, Ludouici, Othonis primi? Nec Henricus sanctus, hoc nomine Imperator primus, quidquam de hoc Othonis III. decreto sciuit; nam non tantum in sua constitutione eius non meminit; sed quidquid Pipinus, Carolus Magnus, Ludouicus, Otho primus Apostolicæ Sedi concesserant, id totum disertè confirmat; vt patet ex eius constitutione apud Baronium Anno M. XIV. Adhæc, quis credat Othonem III. patris & aui sui donationes infringere, & irritas reddere voluisse? Nam & Othonē II. Patrem Othonis III. varias ciuitates S. Petro donasse, & antiquas confirmasse, planum fit ex diplomate Henrici sancti Imp. de quo infra.

Cæterum, quis sit ille Ioannes Diaconus *Digitorum Mutius* seu *Mutilus*, cui figmentum edicti Constantiani in Othoniano diplomate adscribitur, haud promptum est dicere. Baronius notat, vocem illam *Mutius* descendere nō à Latina aliqua, sed ex recente voce Italica, qua dicitur *Mozzo*, quod Latinè præcisum nominamus, nisi fortè, inquit; librarius pro, *Mutilus*, scripserit *Mutius*. Sed quis iste Ioannes Diaconus? Probabile arbitratur Baronius, esse Ioannem S. R. E. Diaconum Cardinalem, quem Ioannes XII. Pontif. ab exilio re-

t

uersus,

uersus, abscissis duobus digitis, naribus, ac lingua de-  
formauit. Lege Baronium Anno Christi DCCCC.  
LXIV. & DCCCC, XCII. Sed cum Othoniani di-  
plomatis fides titubet, vt iam vidimus, nihil est, cur fi-  
dem inueniat quod ad Auctorem Constantiniani edi-  
cti attinet; nam vt in aliis ita & in hoc falsum dicere  
credi potest, idque absque vlla iniuria, Lege Baronium  
Tom. 12. Num. 60. & seq.

Denique ex Baroniano exemplari corrigere lice-  
bit, errata editionis Calvinianæ. nam vt octo Comita-  
tus fiant, legi debet; *Callium, Estum*. Pro *digitorum mu-  
tuis*; *Digitorum Mutius* seu *Mutilus*. Pro *Fossabrum*, *Fos-  
fabrunum*.

De hoc Othoniano diplomate ita ad me scripsit  
amplissimus Dominus Velferus II. vir Augustanus. *In  
eo à primo ad vltimum vsq; apicem multa esse, qua suspectum  
reddant, res loquitur. Ne signum quidem cum duplici illo,  
quod Panuinius libro tertio Romanorum Principum Ottoni  
tribuit, conuenit. Et mira fuit exscriptoris diligentia in signo  
& bulla, quam vocant, autographi describendis, cum locum,  
annum, diem, Cancellarij & testium nomina omiserit.*

## CAPVT XXII.

*De Henrici I. Imp. Constitutione.*

**H**ISTATA apud Illustris. Baronium Tom. II.  
Anno Christi M. XIV. qua Ecclesiæ Ro-  
manæ confirmantur omnes donationes fa-  
ctæ ab antecessoribus Regibus & Imperato-  
ribus, Pipino, Carolo, Ludouico, Othone primo, &  
Othone filio; præter nouas, quæ ab ipso Henrico adii-  
ciuntur. Mirum sanè est Calvinistam nostrum sanctio-  
nem

nem istam in suam farraginem retulisse, cum eam suo in Illyrico non repererit: qui, *more suo solens*, primò in dubium vocat hoc priuilegium. Si extaret in Illyrico, & priuilegiis Romanæ Ecclesiæ aliquid derogaret, iam extra omnem dubitationis aleam positum esset.

Addit II. *Si priuilegium hoc genuinum sit, primum fuisse hunc Henricum, qui nimio credulus persuaders sibi passus sit, ut ementitum Oihonis Magni priuilegium confirmaret, & ratum esse iuberet.* Et hic est honos, quem iste Imperij & Imperatorum vindex Augustissimis Imperatoribus habet; ut scilicet nimie credulitatis illos arguat, & nisi Caluiniano palato placita dicant & edicant, ad Cynofarges ableget: Clamitans, *ad trutinam hac talia priuilegia reuocari debere.* Si Illyricus vel sine vllius exemplaris fide, constitutionem aliquam Imperatoris alicuius produceret, qua aliquid Sedis Apostolicæ prærogatiuis detraheretur, iste, ut larus hians ad escam exoptatissimam hiaret, & absque vlla vltiore disquisitione, nil nisi se famum & papauer se manducare existimaret.

Pollicetur se ea, qua decet, *modestia*, examinaturum hanc constitutionem. *Neg, enim par esse arbitror, inquit, eadem immoderatione in Pontificum priuilegia inquirere, qua Baronius in Imperatorum.* Quam verecundus noster Caluinista, quam modestus? Iam vel ipsam Apuleianam Psychem in certamen *modestia* vocet. Regredere ad initium huius scriptionis, & recognosces qualis frons sit frons hæretica; & quali modestia summum & omni laude superiorem Baronium tractet.

Quiritatur, *Benedictum, qui Henricum coronauit, vocari VII. à Baronio, quem Leopoldus Bambergensis decimum nominet.* Sed crede mihi, Baronius in Catalogo & numero Pontificum longè fuit exactior, quàm ille Leopoldus;

poldus; quippe qui in Historiis discutiendis totam aetatem contriuerit; Et probè norit, qui nam Pontifices in censum Catalogi Pontificij recipiendi, qui verò inde sint extrudendi.

Ait Imperator in sua sanctione. Volumus, ut qui ad hoc sanctum regimen eligetur, nemine consentiente consecratus fiat Pontifex, priusquam talem in praesentia Missorum nostrorum seu vniuersa generalitatis faciat promissionem pro omnium satisfactione ac futura conseruatione, qualem Dominus & venerandus spiritalis Pater noster Leo sponte fecisse dignoscitur. Quis iste Leo, clamat Caluinista. Non potest esse octauus, quippe qui Henricum antecesserit; non nonus, utpote qui diu post Henricum istum ad Apostolicam Sedem euectus fueris. Ne te torqueas, Caluinista. Nec nonus, nec octauus fuit; quia iste veri Papæ, Domini & spiritalis Patris nomen non meretur; illegitime enim intrusus fuit; sed an præter hos duos Leones nullus alius in syllabo Pontificum Leo? An à tertio Leone vsq; ad Henricum I. Imp. nullus Leo Cathedram Petri legitime tenuit? Tu vide, quis promissionem hanc fecerit; siue Leo tertius, siue quartus, siue quintus, siue sextus, siue septimus, tuo iudicio, fuerit, non refragabor. Quamquam mihi propè certum est, Henricum Imp. loqui de Leone IV. hic enim, (tamen si post suam consecrationem) promissionem fecit Imperatoribus, de vniuersis Imperij iuribus integrè & inuiolabiliter conseruandis; ut patet apud Gratianum dist. 10. cap. 9. & Iuonem p. 4. cap. 176. & Panormitanū lib. 2. cap. 149. Vide Baronium Anno Christi DCCC. XLVII.

Obiicit Caluinista: Cur Leonem, non autem Eugenium, cuius etiam meminist; vocat Dominum & venerandum spiritalem Patrem nostrum? Propterea huius singulariter

ter

ter cum laude & encomio mentio facienda fuit, quia promissionem Imperatoribus ab ipso sponte factam, Imperator similiter ab aliis Pontificibus fieri sponte voluit. Quamquam constitutio hæc ad verbum fermè est expressa ex sanctione & donatione Othonis I. Imp. quæ exstat apud Bar. Anno DCCCC. LXII. Num. 3. Et quia Ortho Leonem, primum huius promissi auctorem, his titulis cohonestavit, neque Henricus eos eidem detrahere voluit. Ex quo etiam refellitur vanitas Calvinistæ, qui semper ingerit, Leonem istum, esse *Leonem VIII. Antipapam*: quod falsum esse apertè conuincitur ex cōstitutione Othonis, quæ prius data est, quàm Leo in Antipapam erigeretur. Tricatur multum Calvinista cuius *Henrici hoc priuilegium fuerit*. Sed res clara est, fuisse Henrici sancti, Regis Germanorum hoc nomine secundi, Imperatoris verò primi. Oggerit Calvinista; *Repugnare nomenclaturam Episcoporum, qui subscripserunt; nam Anno M. XIV. Treuirorum Archiepiscopus, non Bobo, sed Egingauduserat; Constantia, non Ricodardus, sed Lambertus, Argentorati VVernerus, non VVicelius, VVirziburgensis non MaZelinus, sed Meginhardus*. Calvinista more suo solens calumnias struit Baronio: qui pro certo non affirmat datum hoc diploma Anno M. XIV. Sed pro probabili habet; idque ob Imperatorum consuetudinem, qui statim à Coronatione Romanæ Ecclesiæ noua priuilegia concedere, vel vetera confirmare solebant: Et parum refert quocumque Anno datum sit, dummodo ab Henrico sancto, Imperatore datum constet.

Sed en, grandem Baronianæ memoriæ lapsum Calvinista deprehendit. Nam *Baronius Anno M. XX. scribit Benedictum VIII. ab Imperatore euocatum, ad confirmandū*



*Episcopatum Bambergensem; Anno autem M. XIV. adducit ipsum Episcopum Bambergensem necdum pro illius verbis confirmatum, totius Pontificatus iura ac privilegia confirmare.* At dum iste lapsum fictitium carpit, in lapsum verum incidit; nam Baronius non Anno M. XX sed M. XIX. Benedictum Bambergam abiisse scribit, idque fidissimos scriptores secutus. Deinde quod Baronius diploma Henrici ad annum M. XIV. retulit, id non certum esse voluit, sed probabile. Præterea licet Episcopatus Bambergensis à Benedicto demum Anno M. XIX. confirmatus dicatur, id de solenni & publica confirmatione intelligi debet. Neque enim credendum est Henricum Anno M. VI. (ita habet Chronicum Constantiense editum à D. Pistorio, sed vitiosè, alij rectè Anno M. VII.) Bambergensem Episcopatum fundasse absq; Sedis Apostolicæ consensu & annutu, quo itidem munitus nouæ sponsæ sponsum, hoc est, Episcopum præficere potuit: Et quidem confirmatum, licet solennis illa Episcopatus ipsius confirmatio in annos sequentes dilata fuerit. Et hoc ita esse, dilucidè liquet ex vita S. Henrici, quam manuscriptam habeo, ex Bibliotheca Rebdorffensi, in qua continetur Ioannis XIX. Papæ Bulla, qua institutio Episcopatus Bambergensis confirmatur, & Apostolica auctoritate communitur, Anno M. VII.

Iterum lapsum memoriæ Calvinista Baronio obiectat. Nam Tom. 10. Anno Christi DCCC. LXIV. N. 29. dicit Baronius apud Grat. dist. 63. cap. 32. per errorem poni *Henricum primum*, cum quidquid in illo capitulo extet, inueniatur in constitutione Othonis I. Imp. *Et tamen hæc verbatim leguntur*, inquit Calvinista, *in constitutione Henrici S. S. & 9. ab ipso Baronio Tom. 11. Anno M. XIV.*

*M. XIV. recitata.* Ego non video hic vllum memorie lapsum, sed Calvinianum mendacium; nam Baronius ait Henrici primi nomen errore in constitutionem illam irrepsisse, si, vt Nauclerus volebat, de Henrico I. Rege, cui cognomentum *Aucupis*, patre Othonis Magni, intelligatur; Num vero Henricus Rex secundus & primus hoc nomine Imperator; per *Henrici* vocabulum in eo capitulo intelligi queat, de eo nihil dicit Baronius. Quocirca nihil est, cur Calvinista ex benignitate lapsui huic ignoscat, quia commentitius est. Vtrum autem Henrici nomen eo in cap. retineri, & de quo explicari queat, discas ex Bellarmino lib. 2. de Translat. Imperij cap. 4. & ex iis, quæ in Defensione ad idem caput diximus. Calvinista, in eam it sententiam diploma hoc datum Bambergæ Anno M. XX. cum Benedictus VIII. eo ex Italia concessisset. Sed Benedicti aduentus Bambergam ad annum M. XIX. referri debet, vt supra diximus; neque obsto, si quis constitutionem hanc hoc Anno datam velit; cuius fidem Calvinista inanissimis ratiunculis eleuare nititur. *Dic, bona fide, Baroni,* inquit, *quo iure fieri potuerit, vt Henricus cum Papa contraheret ea dere, quæ iam ipsius erat; aut qua ratione amplius Papa fieri potuerit, cum iure constitutum sit, quod meum est, amplius meum fieri non posse?* Eodem nimirum titulo præcisè, quo meum est; meum amplius fieri non potest. At alio titulo iterum meum fieri potest: nam quod meum est titulo hæreditatis; meum fieri potest titulo donationis, vel mercedis pro exantlatis laboribus; vel confirmationis à sublimiore potestate, vel transactionis, si quæ liticula interuenerit. Ita & in præsentī, quæ Pontificis erant, donata olim à Carolo Magno, Ludouico, Othone primo; iterum Pontificis facta sunt per nouam  
con-

confirmationem & transactionem Henrici sancti. Quo observato, ruit tota Calviniani huius imperitia & vociferatio, qua hîc chartam conspurcat.

Qui dicit, *se in nullo Germanico scriptore legisse id, quod in hac sanctione dicitur de equo quotannis Pontifici dando ob Bambergensem Episcopatum.* At suppetunt alij scriptores, qui hoc affirmant, vt Leo Ostiensis lib. 2. Chron. cap. 47. & Platina in Leone IX. à te citati. Et Auctor Vitæ Henrici Imp. quæ exstat Tom. 6. Antiq. Læctionis. *Eodem tempore Rex sanctissimus, inquit Auctor, Bambergensem fundum cum omnibus pertinentiis suis beato Petro Apostolorum Principi contradidit, & Apostolico Prasuli in perpetuum defendendum commendauit, & in memoriam huius pactionis singulis annis album ambulatorem cum phaleris Romano prasuli dari constituit.* Idem totidem verbis exhibet nobis codex M. S. Rebdorffensis. Idem liquet ex Bulla Benedicti VIII. Papæ, qua confirmat Bambergensem Episcopatum; inserta vitæ S. Henrici. Accipe Pontificis verba. *Singulis quibusq; Indictionibus sub nomine pensionis equum vnum album nobis nostrisq; successoribus persoluat cum sella conueniente Romano Pontifici.* Idem testatur Cuspinianus in Henrico II.

## CAPVT XXIII.

*De Henrici IV. Regis Germania iuramento.*

**E**XSTAT in Regeſto Gregorij VII. lib. 4. poſt Epift. 12. & apud Paulum Bernriedenſem lib. de vita & rebus geſtis Gregorij VII. Meminerūt huius iuramenti cum alij, tum Domnizo in Mathildis vita apud Baronjum Tom. 11.

Anno

Anno Christi M. LXXVII. Calvinista Baronium & vna Domnizonem calumniis & contumeliis indignissimè lacerat. Dat crimini Baronio, *quod producat Domnizonem necdum editum*. Si hoc peccatum est; an tu illud ipsum frequentissimè non peccasti, qui toties rancidos & prorsus ignobiles scriptores ad testimonium tuis in libris vocas? An non idem factum à Centuriatoribus in Centuriis, & ab Illyrico in Catalogo testium, cuius magna pars ex ineditis constat? Cupis vt publicetur Domnizo. Idem & ego cupio. Et fiet fortè aliquando. Interea accipe, quod tibi offertur. *At sunt tantum fragmenta*. Etiam Illyricus in Catalogo plurima fragmenta tibi apposuit; nec tamen nauseas. Multò minus clamitas. *Cur non operam das, vt integrum eius scriptum producat in dias luminis oras, quo ex filo ac toto orationis ductu mens Auctoris perspiciatur.* (Nimis apertè vidisti Domnizonis mentem, etiam ex solis fragmentis. Quæ causa, cur tanto impotentis animi impetu in eum & Baronium inueharis ac inferaris.) *Quàm captatoria sint, Baroni, id genus fragmenta, animum tuum roga.* Quàm ineptè hæc occinis Baronio, tam aptè ea occinuisse Illyrico, & tibi metipsi. Nil *captatorium* in verbis Domnizonis de pœnitentia Henrici ad Canusium acta scribentis. Omnia plana sunt & perspicua. Sed *Domnizo Poëta est;* (& quoties tu Poëtam de vita Caroli Magni, quem vocas *Monachum Padebornensem* citas?) item *adulator;* quia dicit Henricum flexis genibus à Mathilde postulasse, vt pro se apud Pontificem intercederet. Hoc ferre nequit Calvinista tanquam in gratiam Papæ & Mathildis dictum & scriptum. Si Domnizo Pontificem & Mathildem vituperasset, è vestigio *indubitata fidei* Auctor à Calvinista audisset: qui Baronium docet *veritatem in*

*Historia primam legem esse. Quod Baronius nunquam sciuit scilicet, & nunc post funera ab hoc Calviniano discere debet.*

## CAPVT XXIV.

*De Conciliabulo VVormaciensi contra Gregorium VII.*

**D**E hoc videndus Baronius Tom. II. Anno salutis M. LXXVI. qui ex Alberto Stadenſi refert Saxonicos Episcopos nequaquam in depositionem Gregorij VII. conſenſiſſe. Obſtrepit Calviniſta, ſibi Albertum non eſſe ad manum: Itaq; ſe non poſſe decernere. At Baronio ad manum erat. Audi ipſa Alberti verba. Anno Domini M. LXXVI. habitum eſt Concilium apud VVormaciam, preſente Henrico Rege, in quo vniuerſi ſerè Teutonici Episcopos, præter Saxonicos, Gregorium Papam abdicarunt.

Furiſſimè incurrit Calviniſta in Baronium, & vt eò vberioreſe inſectandi materiam habeat, ex ſuo cerebro affingit Baronio, cum dicere, *Reinerum Reineccium primum fuiſſe, qui vitam Henrici IV. & Bennonem de Gregorio VII. euulgarit.* Oſtendit, hoc falſum eſſe. Bene facit; quia non Baronij, ſed ſuam falſitatem patefacit: Nam Baronius dixit, Reineccium fuiſſe editorem; primum fuiſſe, non dixit.

Refellit Baronius Epistolam Henrici ad Annonem Archiepiscopum Colonienſem, tanquam ſuppoſititi- am, quia Anno Archiepiscopus anno præterito, hoc eſt, M. LXXV. iam obierat; & tamen anno M. LXXVI. inuitatur ad Synodum Wormaciensẽ. Calviniſta, vt hinc ſe expediat, tranſmutat Annonem in Hildolphum: Et huic Epistolam ab Henrico inſcriptam dicit. Quod cõ- mentum neque Reineccio, neq; Vriſiſio, neq; Reübe-

ro, neq; vlli alteri in mentem venit. Omnes enim isti ediderunt hanc Epistolam cum *Annonis* non *Hildolphi* nomine. Id fecunda suæ Criticæ Calvinista debet; qua instructus, nodos etiam indissolubiles dissoluit.

Eiusdem Critices beneficio transformat *Pentecosten*, quæ ad calcem Epistolæ Henricianæ apparet, in *Heptecosten* seu *Heptacosten*; nouam & in Latina Ecclesia inauditam vocem pro septuagesima. Hanc Critices rationem si sequi velimus, vix vllus error tam manifestus erit, cui ex apotheca Critices non sis facturus medicinam, si hoc est medicinam facere, & non potius omnia susque deque vertere. Ipso Epistolæ exordio satis figmentum Calvinisticum redarguitur, nam Auctor illū, ad quem scribit, non tanquam nuper factum; sed vt veteranum, & multorum meritorum Principem laudat; q̄ de *Hildolpho* dici nequit, qui recentissimus in Episcopatu erat tempore Conciliabuli Wormaciensis; nam vt Bertoldus Constantiensis in Chronico testatur, *Aimo seu Anno venerabilis Archiepiscopus Coloniensis, mira sanctitatis requieuit in pace 11. Nonas Decembris, M. LXXV. cui Hiltosus impar genere & moribus successit.* Et statim post in septuagesima Anni M. LXXVI. initū est Wormaciense Synedrion.

Ait Baronius, à nemine vnq̄ memoriæ proditū, Legatos Henrici ita acceptos esse à Gregorio VII prout architectus huius Epistolæ comminiscitur. Calvinista nō sine immanibus conuiciis Baronio *Auentinū* obtrudit, Hoc scilicet restabat; quasi verò Baronius nō de antiquis, sed de recentibus istis, & hæresi infectis scriptatoribus hoc pronunciarit. Profer, si potes, priscum canumque testem: nam hunc nouitium oris & styli tam mali, nihil pendimus. Ne in Bennone quidem fabulam hanc de legatis inuenies.

In vita S. Anselmi Lucensis vocatur depositio Gregorij VII. facinus à sæculis inauditum. Ita etiam ipse Gregorius in quadam Epistola. Obiicit Calvinista: *Papasæpe esse depositos ab Imperatoribus, & Synodis.* Et mox recitat ex suo Illyrico Epistolâ Episcoporum Gallia & Germaniæ ad Anastasium II. Pontificem Romanum, qua *Papam, & Italicos Episcopos monent, ut se missos factant; nec deinceps tyrannidem super eos exercere pergant.* Aliâ item adfert Episcoporum Germaniæ & Belgij ad Nicolaum I. Ex Synodo Colonienfi Anno DCCC. LXIII. Sed nec illi, qui ad Anastasium scripserunt; nec, qui ad Nicolaum, vel hunc vel illum à sede deiecerunt, & excommunicarunt; vt Wormaciensis Conciliabuli præfules fecerunt; qui adacti sunt non quomodocunque; sed iureiurando interposito, certa in id præscripta formula, (quæ exstat apud Brunonem de Bello Saxónico) Gregorium VII. execrari & deserere. Cuius Pseudosynodi, si omnes circumstantias perpendamus, iure optimo id, quod ab illis factum est, à *sæculis inauditum facinus*, & cuius nullum simile exemplum produci queat, nominari potest. Nam cætera omnia, quæ aliquando contra ius & fas aduersus Pontifices acta sunt, etiam depositio Ioannis XII. in Pseudosynodo Romana, minorem turpitudinem annexam habent: quia turpitudine vite, qua Ioannes sese à calce ad verticem vsque fœdauerat, aliquo modo eos, qui Ioannem deponere tentarunt, excusare poterat; quæ in Gregorio VIII. vita inculpatissimæ viro, locum nullum habebat.

Sed vt aliquid dicam de Epistola ad Anastasium nulla eius apud vllum probatum scriptorem mentio exstat. Exscripsit eam Illyricus in Catalogo ex schedis & aduersariis manuscriptis Auentini; nec nouit vnde  
eam

eam Auentinus acceperit. Et ego Epistolæ cuius origo & natale solum nesciatur; fidem habet? Dubitat quoque Illyricus, num ad Anastasium primum, an ad secundum missa fuerit. Omnium rectissime sentiet, qui ad neutrum missam credet. Calvinista noster doctior Auentino refert eam ad Anastasium II. Anno CD. XCVII. Quo nullius penitus Concilij in Gallia celebrati vllum vestigium in Annalibus Francicis, vel aliis reperitur. Et tamen Calvinista noster titulo appingit hæc verba. *Ex Concilio* \* Nomina, quæso, Vtopicum hoc Concilium. Præposuit & titulum, quasi *sit ab Episcopis*; cum sit ab Illyrico.

De altera Epistola Guntharij & Theutgaudi lege Baronium Tom. 10. Anno Christi DCCC. LXIII. Num. 18. & seqq. Et videbis sectarios nostros dignissimos esse, qui hisce tam perditis patronis & defensoribus rem contra Romanos Pontifices agant.

## CAPVT XXV.

*De Conciliabulo Brixinensi.*

**A**BITVM est hoc Anno M. LXXX. in quo à schismaticis Gregorius VII. est abdicatus, & Guibertus Archiepiscopus Rauennæ, non Papa, sed *Antipapa* creatus: de quo lege Baron. Tom. 11. Anno M. LXXX. quem Calvinista hoc mendacio onerat, *quasi id, quod in Brixinensi Synedrio actum scribitur, pro fabula & commento Urspergensis ac Bennonis habeat.* Quod Baronius nunquam somniauit; quia schismaticum illud Conciliabulum vere ab Henricianis habitum fuisse, Annales vno propemodum ore omnes loquuntur. Hoc dixit Baronius, crimina Gregorio



gorio VII. in illa Pseudosynodo obiecta, & causas fictitiæ depositionis fuisse Schismaticorum mendacia & plasmata, quod verissimè dictum esse, testantur quinquaginta illi Auctores, quos in Apologia pro Gregorio VII. Encomia Gregorij VII. decantantes, audiuimus, parumque moramur Calvinistam, qui clamat, *Presbyterum Lucensem in Historia Anselmi Lucensis, VVilhelmum Bibliothecarium, Bertoldum Constantiensem, & similes, odio atq; amore ductos in diuersum fuisse abstractos, & his præter indulgentes nullo iudicio res gestas perscripsisse: quia, furore in Pontificem ebrius neminem nisi suum Bennonem, Illyricum, & his non dispares, (qui Diabolicum profus odium aduersus Sedem Apostolicam spirant) à sinistris affectibus liberos esse censer: quo quis atrocius calumniatur, quo impudentius mentitur, eo apud Calvinisticum tribunal sincerior testis habetur.*

Incessit Calvinista Baroniū, quòd Anno M. LXXX. N. 27. in Epistola Landfranci voculam *Properè*, mutet in *præpostere*. Sed immeritò; nam Baronius in textu voculam *properè*, retinuit; in margine monuit; fortè; *præpostere*, legendum esse. In quo quid culpæ? Tu tibi fas esse cupis, vt *Annonem* mutes in *Hildolphum*; & *Pentecosten* in *Heptacosten*, & Baronius inexpressibile scelus confiscet, si moneat, fortè aliud vocabulum in locum rē, *properè* sufficiens esse.

Posthæc Calvinista ex suo Illyrico & huius notæ aliis Mythologis corradit, quidquid controuersæ inter Paschalem Papam & Henricum V. Regem & IV. Imp. item inter Hadrianum & Fridericum, aliosque Papas & Imperatores exstitit. Et vbique ita comparatus

us est; vt pro Schismaticis, & Episcopatum Abbatia-  
rumque & Inuestiturarum nundinatoribus sententiam  
pronunciet, nec aliter potest, quia Calvinista est, hoc  
est, iuratissimus omnium Pontificum hostis. Illustris-  
simum & eruditissimum Baronium vix amplius tangit,  
non reuerentiâ aut mentis in melius mutatione, sed  
quia, vt arbitror, Tomum 12. Annalium Baroniano-  
rum non viderat; quando *Rationale* suum, rectius, *Ir-  
rationale*, hoc est, Notas ad Constitutiones Imperia-  
les, infelicibus chartis illinebat: alioqui, pro sua mo-  
deratione vix sibi temperasset, quo minus plenis cri-  
minationum velis in Baronium inueheretur.

## CAPVT XXVI.

*De Epistola Principum Imperij ad Innocen-  
tium III. De electione Othonis IV. in  
Imperatorem.*

**E**XSTAT apud Baronium Tom. 10. Anno  
DCCCC. XCVI. N. 57. & seq. vbi de insti-  
tutione Electorum Imperij disputat; neque  
alio consilio eam adducit, quam vt inde  
euincat, tempore Innocentij III. nondum institu-  
tos fuisse septem illos Electores, sed ad omnes Im-  
perij Principes electionem Imperatoris pertinuisse;  
de qua opinione quid sentiendum sit, copiosè docui  
in Defensione Bellarminiana lib. 3. de Translatione Im-  
perij. Calvinianus Baronij calumniator, omisso sco-  
po, quem in recitatione huius Epistolæ BARONIVS  
propositum habuit, probare ingreditur, *Electionem  
Otho-*

*Othonis non fuisse legitimam, sed legibus & consuetudinibus Imperij aduersantem, legitimam verò fuisse alteram Philippi Ducis Suevia ab alijs Imperij Principibus factam.* Scilicet hoc agebat eo in loco Baronius; non illud, vt quo tempore septem Electores instituti essent, demonstraret. Scilicet Tom. 10. Anno DCCC. XCVI. disquirere debuit, vtriusnam electio æquitati cõsona fuerit, Othonis an Philippi, quæ disputatio Tomo 13. instituta fuisset; si optimo Baronio diuturnior lucis vsura, qua dignissimus erat, obtigisset. Et facilis est huius disquisitionis exitus, cum liqueat ex cap. *Venerabilem*, extra de *Electione*, Innocentium pro Othone contra Philippum Ducem sententiam tulisse: Ex cuius Capituli lectione euanesceat, quidquid nugamentorum, extra oleas saltitans, Calvinista hoc loco effudit: in quibus vel maximè eminent hoc mendacium; discordiam, quæ ex electione Othonis & Philippi Ducis existit Anno M. C. XCVIII. *ansam præbuisse Pontificia confirmationi ante id temporis inaudita*: nam certo certius est ante Innocentium III. Imperatores Electos, à Romanis Pontificibus fuisse inunctos, consecratos & coronatos; quæ inunctio, quæ consecratio, quæ coronatio, nil aliud, quàm confirmatio fuit: Imò ante septem Electorum institutionem, Imperator Romanus, etiam à Romano Pontifice eligebatur: vt supra vidimus in Synodo Romana de Electione Caroli Calui. Et quis nam Carolum Magnum ad Imperium elegerit?

Illud item liquidò exploratum est testimonijs & exemplis ipsorum Imperatorum, nullum ex antiquis ante hanc cõfirmationem, hoc est, ante inunctionem, consecrationem & coronationem absolutè Imperatoris nomen vsurpasse; sed *Regis vel Imperatoris Electi* titulo

tulo omnes contentos fuisse, & Pontificiam inunctionem, consecrationem & inaugurationem, quasi pro vltima forma, qua Imperatores efficerentur, habuisse: Etiam ipsos schismaticos.

Quod probatur I. ex literis Ludouici Iunioris ad Basiliam Macedonem Imp. Constantinop. de quibus supra; vbi apertè dicit; se vocari Imperatorem respectu habito ad vntionem & sacrationem, qua per summi Pontificis manus impositionem diuinitus ad hoc culmen sit prouectus. Ibid. Francorum Principes primò Reges, deinde verò Imperatores dicti sunt, ij duntaxat, qui à Romano Pontifice oleo sancto perfusi sunt. Quid clarius? Ibidem dicit Imperator; Carolum Magnum primum ex gente Francorū vntione eiusmodi à Pontifice delibutum, Imperatorem dictum, & Christum Domini factum esse.

II. Idem probatur ex constitutione Caroli Regis Francorum & Romanorum de expeditione Romana, quam primus edidit, & commentario illustrauit Freherus, ex quo illam quoque Calvinista noster exscripsit: nec notas adiecit, ne post Virgilium videretur velle Æneidem componere. Exordium est, *Karolus, diuina fauente gratia, Rex Francorum & Romanorum; Subscriptio. Signum Caroli gloriosissimi Regis, &c. Data VII. Idus Iunij Anno ab Incarnatione Domini N. I. X. (id est, Domini nostri IESV Christi) DCCXC. (Vitiōsus est hic numerus Annorum Christi, vt rectè monet Freherus) Regni autem eius XXII. ante consecrationem. Nondum Augustus & Imperator ante consecrationem, inquit Freherus Scholiastes, qui & inter cætera ita scribit. Procerum & Vasallorum Imperij omnis ordinis officium, & seruitium Imperatori debitum, vel primum hoc esse, vt Regem Romanorum ab Electoribus creatum, & solenni ritu Roma in Augustum*

stum consecrandum, & coronandum, honoris, & maiestatis ergo illuc comitentur; nemo tam hospes apud nos est, qui ignoret. En Rex Romanus Romæ in Augustum promouetur & coronatur.

III. Idem planū fit ex Epistola Henrici VII. ad Ioannem de Elnbogen Cœnobij Waldsassenfis in Nariscis Abbatē, quā inter suas Constitutiones Calvinista retulit; vbi ista Henricus. *Diuina cooperante Clementia, per eos, ad quos spectat, in Romanorum Regem, futurum Imperatorem rite & concorditer electi, proposuimus ad Urbem pro coronationis nostræ suscipiendis solenniis proficisci, &c.* Agnouit ergo Henricus VII. per electionem Electorum, se tantummodo Imperatorem designatum esse; hoc est enim *in futurum Imperatorem eligi.* Qua phrasi ipse vtitur. Epistolam ita claudit. *Datum Romæ 4. Kalend. Iulij, Regni nostri anno quarto, Imperij verò anno primo.* Vbi vides annos Regni ab annis Imperij distingui, illosque numerari ab electione Electorum: Hos ab vnctione & coronatione Pontificia; vt & ab aliis Regibus & Imperatoribus factitatum, de quibus mox. Idem Henricus VII. in suo Iuramento. *Ego Henricus Romanorum Rex, annuente Domino futurus Imperator, &c.*

IV. Idem probatur ex antiquis ipsorum Regum & Imperatorum diplomatis; in quibus ante coronationem & inaugurationem Pontificiam nunquam sese nominant Imperatores, sed Reges; & in fine eorundē sit mentio Annorum Regni; non Imperij, nisi post coronationem. Habeo varia manuscripta diplomata Henrici sancti, Bauari; quorum exordium semper ante consecrationem: *Henricus diuina fauente Clementia Rex.* Finis post annum Domini & Indictionem: *Anno verò*

verò Domini Henrici Regis primo. Aliquando; Anno verò Henrici II. regnantis decimo. Vbi obserua; dici Henricum secundum, sed Regnantem; non Imperantem; quia eiusdem nominis alius Romanorum Rex antecessit, nempe Henricus, Othonis Magni parens. At post Imperij coronam à Pontifice susceptam exordium ita concipitur; *Henricus, diuina clementia fauente, Romanorum Imperator Augustus.* Clausula. *Anno Domini- cae Incarnationis M. XIX. Anno verò Domini Henrici II. Regnantis 17. Imperij Anno sexto.* Vbi palam est, annos regni ab annis Imperij distingui.

Idem obseruatur in plurimis Henrici huius constitutionibus, quæ exstant in vita eius manuscripta in Bibliotheca Rebdorffensi prope Aichstadium, quam vidi & exscripsi: Vbi Auctor; *Henricus in Imperio primus; in Regno, secundus. Defuncto beatissimo Dei famulo Anno Regni sui XXIV. vita, LII. Imperij verò, undecimo.* In eadem Historia ita terminatur diploma quoddam Othonis. *Anno Regni Domini Othonis XIV. Imperij autem VII.* Idem discrimen obseruare licet in quodam diplomate Ludouici Bauari Imperat. quod profert Freherus in Originibus Palatinis capite decimotertio. *Datum in oppido nostro Franckensfurt, &c. Regni nostri anno vicesimo quarto, Imperij verò undecimo.* Edidit idem Freherus ad calcem Tomi primi scriptorum Germaniæ Rescripta & diplomata Ludouici Bauari de Castrucio Duce Lucæ; in quorum tribus prioribus istud est exordium: *Ludouicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Finis. Datum in Regali oppido nostro Franckfort IV. Kalendas Iunij*  
x 2                      Anno

Anno Domini M.CCC.XIV. Regni verò nostri X. quia hæc diplomata scripta fuerant ante Pontificiam coronationem & inunctionem Ludouici. In reliquis verso stylo, sic diplomata auspicatus est. *Ludouicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, &c. Datum Roma, &c. Regni nostri Anno XIV. Imperij verò primo.*

Simili distinctione Regni & Imperij vtitur quoque Ludouicus in duobus aliis diplomatis, quæ ibidem recitat Freherus. Ita olim Ludouicus; ante nimirum quam à Marsilio Paduano, Occamo & aliis schismaticis alio spiritu imbueretur; quo hausto simpliciter contendit, *Electum Regem Romanorum eo ipso esse absolutum Imperatorem, nec egere vnctione & coronatione Pontificia;* vt patet ex Apologia Ludouici, quam nunquam non oggerunt Hæretici. Si ita est; cur ipse Ludouicus per quatuordecim ab electione annos non nisi Regem sese indigitauit? Cur Imperatoris titulum non nisi post vnctionem Pontificiam vsurpauit? Cur ab hac sola Imperij annos numerauit?

Idem elucescit ex variis diplomatis Imp. quæ Freherus profert in Appendice ad Origines Palatinas: in quorum vno: *Anno Regni Domini Ottonis XXX. Imperij vero IV.* In alio: *Anno Domni Henrici secundi regnantis XXIII. Imperij autem X.* In alio. *Regnante Henrico tertio Rom. Imp. Augusto, Anno XLIX. Imperante autem XVIII.* In alio. *Anno verò Domni secundi Henrici regnantis X.* Eandem distinctionem obseruauit in suis diplomatis Fridericus II. Imp. nam ante coronationem Pontificiam: non vsurpauit titulum Imperatoris Romani, sed Regis. *Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Sicilia. Acta sunt hæc, &c. regnante Domino Friderico secundo Romanorum Rege glorioso, & Rege*

*Rege Sicilia, anno Regni eius Romani primo, Regni verò eius Sicilia decimo sexto.*

Idem videre licet in diplomatis variorum Regum & Imperatorum, quæ ad calcem Chronici Mindensis publicavit vir clarissimus Doct. Ioannes Pistorius. (Et in iis quæ nuper prodierunt studio & opera Erpoldi Lindembrogij in volumine scriptorum septentrionalium.) *Otho diuina propitiante Clementia Rex.* Ad calcem. *Signum Domini Othonis inuictissimi Regis, &c. Anno Dom. Incarnat. DCCCC.LXI. &c. Anno Regni Othonis XXII.* In priuilegio. *Conradi Imp. Anno autem Domini Conradi secundi regnantis IX. Imperij verò VII.* Similis distinctio obseruatur in reliquis omnibus diplomatis, vt videre licet in Chronico Mindensi, & apud omnes alios superioris memoriæ scriptores, qui Pontificiarum constitutionum mentionem faciunt, vt proinde intolerabilis sit istorum peruersitas, qui nobis oculos effodere volunt, vt quod in omnium oculos incurrit, non intueamur.

Quid, quod ipse Henricus Rex IV. & III. huius nominis Imperator, Imperatoris titulo non est vsus, nisi postquam à suo Guiberto Antipapa coronatus est? Et ipse Schismaticus Auctor, qui Apologiam pro Henrico IV. Rege composuit, hoc discrimen agnouit; nam Henricum sanctum, Bauarum, vocat *Regem secundum, & Imperatorem primum.* Secundum, Regem; quia alius Henricus Rex iam antecesserat, Othonis Magni Pater. Primum Imperatorem, quia primus hoc nomine à Pontifice Romano inauguratus fuerat. Et ipse Henricus ante coronationem nõ nisi Regem se scribebat & subscribebat; vt clarum fit ex eius Epistolis, & apud Freherum in Append. ad Origines Palatinas exstat diploma



quoddam, cuius hæc est clausula: *Actum IV. Non. Martij, Anno ab Incarnatione Domini M. CIII. Indiēt. XI. Regnante Henrico III. Rom. Imp. Augusto, Anno XLIX. Imperante autem XVIII. Et hæc dicta sint, vt retundantur Calvinisticæ calumniæ, quas Baronianus criminatō super hac re effutiuit Neque hic repetere opus, quæ contra similes halophantas in Defensione Bellarmiana de Pontifice, & de Translatione Imperij differuimus.*

## CAPVT XXVII.

*De Constitutione Friderici II. Imp. pro Ecclesiastica libertate.*

**R**OFERTVR à Baronio Tom. II. Anno Redemptoris M. XC VII. N. 78. Ex Nicolao de Arragonia. Respondet Calvinista, Fridericum hæc & similes constitutiones; *Edidisse imprudenter, & iuuenili seruore, postea, re melius perspecta, abrogasse, cassasse, annullasse.* Duo obstant, quo minus huic responso adquiescam. Primum, quia similis prorsus Constitutio Friderici Imp. corpori iuris est inserta ad calcem librorum de Feudis, & ab Iurisconsultis tam Catholicis, quàm Hæreticis. Legitur, teritur, explanatur. Quis autem credat, sanctionem *imprudenter & iuuenili seruore* promulgatam habituram fuisse locum in Corpore Iuris ciuilibus? Quis credat, sanctionem à Friderico *abrogatam, cassatam, annullatam*, inter leges ciuiles receptam esse, & quidem sub Friderici nomine, & hoc titulo. *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, &c.* Et quia non dubito gratissimū esse, Calvinianis auribus hæc talia, quæ ad Ecclesiæ dignitatem spectant, audire, haud grauatè, saltè aliquam partem,

tem, recitabo. Ait ergo Imperator. In die, qua de manu sacratissimi patris nostri summi Pontificis recepimus Imperij diadema; curauimus ad DEI, & Ecclesie sue honorem, edere quasdam leges, quas in presenti pagina iussimus adnotari, per totum nostrum Imperium publicandas. Per Imperialia vobis scripta precipiendo mandamus, quatenus eas quisque, literas in suo districtu irrefragabiliter, & inconcusse seruet. Et sunt hee leges, &c.

Nulla potestas, vel persona publica, vel priuata collectas, siue exactiones, angarias, vel parangarias Ecclesiis, vel aliis pijs locis, aut Ecclesiasticis personis imponere, aut inuadere bona Ecclesiastica presumat; quod si fecerint, & requisiti ab Ecclesia, vel ab Imperio emendare contempserint, triplum refundant: & nihilominus banno Imperiali subiaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur. Item, quacumque communitas, vel persona, per annum in excommunicatione facta propter libertatem Ecclesie persistit, ipso iure Imperiali banno subiaceat, a quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab Ecclesia absolutus fuerit. Item statuimus, ut nullus Ecclesiasticam personam in criminali questione, vel civili trahere ad iudicium seculare presumat contra constitutiones Imperiales, & canonicas sanctiones: quod si fecerit, actor a iure suo cadat, & iudicium non teneat: & iudex sit ex tunc iudicandi potestate priuatus. Statuimus enim, ut si quis Clericis, vel personis Ecclesiasticis iustitiam denegare presumpserit, tertio requisitus, suam iurisdictionem amittat.

Et quamuis postea inter Fridericum & nonnullos Pontifices controuersie graues existerint, & multa, ut fit in bellicis tumultibus, quando furor potius regnat quam ratio, huic legi prorsus aduersa contigerint; lex tamen ipsa nunquam per contrariam legem reuocata & abrogata fuit: alioqui in corpus Iuris cooptata non fuisset: multoque minus locum in Iure civili reperisset, si, ut Calvinista mentitur, hanc & similes sanctiones per subreptionem a Friderico Imp. Pontifices Romani impetrassent.

Dein-

Deinde, vt maximè aliquandiu Fridericus Imp. leges pro libertate Ecclesiastica promulgatas reuocasset; attamen postea in Testamento suo omnes denuo sanxit, & primum robur obtinere iussit, hac suæ voluntatis declaratione. *Relinquo totam terram Ecclesia liberam, & volo, quòd iura Ecclesie restituantur.* Multa hic nugatur Calvinista. *Primò, nesciri, ubi Fridericus vitam finierit, & an Testamentum fecerit.* At Matthæus Paris in sua Historia testatur, cum condidisse Testamentum, & quidem *nobilissimum.* Idem scribit tuus Simon Schardius Calvinista in vita Friderici præfixa Epistolis Petri de Vineis. Audi Schardium. *Naucerus Generat. XLII. vt alia multa, sic & hoc falsò scribit: nesciri, quo loco vitam finierit, & an testamento factò statuerit quid, de re publica vel domestica.* Audin, quid contra te tuus Schardius testetur? *Audi plura. Postea testamentum condidit, in quo multa millia unciarum auri equitibus Hierosolymitanis & Hospitalariis S. Ioannis reliquit, &c. hoc quoq; ordinato, vt qua ad Ecclesiã legitimè spectarent, eidem benignè atq; prolixè restituerent.* Hæc Schardius cum Pandulpho Collenutio.

Ait Calvinista. *Fridericum non intulisse damnum Ecclesie, neq; enim damnum dare, qui iure suo utitur.* Mendacium hoc refellunt omnes Historici, & insuper verba paulò ante ex vita Friderici recitata. Nam si Ecclesiæ nullum damnum intulit, cur in testamento hæredibus mandauit, vt quæ Ecclesiæ essent, omnia fideliter & integrè restituerent? Lege, mi lector Matthæum Parisiensem in Maiore Historia fol. 648. & seqq. Et statim prodigiosam hanc Calvinistæ huius pseudologiam detestaberis.

CAPVT

## CAPVT XXVIII.

*De Electorum Imperij literis, quibus fatentur  
Electoraalem dignitatem à Sede Aposto-  
lica ad se venisse.*

**R**ECITANTVR à Baronio Tom. 10. Annaliū Anno Christi DCCCC. XCIV. à Bellarmino lib. 3. de Translatione Imperij & à Nicolao Serario lib. 1. Rerum Mogunt. cap. 26. Calvinista, omisso Bellarmino, in Baronium & Serarium incurrit; vt se hominem festiuum probet, Baronium *Philippinum*, vocat; Serarium, *Loiolanum*; quòd congregationis Oratorij, ex qua Baronius; Philippus Nereus; Societatis autem IESV, ex qua Serarius, Ignatius Loiola Auctor & institutor fuerit.

Thrasonticè multa iactat, quomodo hos duos sit prostraturus. Et vbi ad rem ventum est; conuicia vomit; nec aliud agit. Nam quid ad auctoritatem Innocentij in cap. *Venerabilem* reponit? Nihil; nisi calumnias. Nempe *Innocentium*, haud dubiè agrotum, per somnium, in contemplatio suo cerebro imaginatum esse, dignitatē Electoraalem ad certos Germania Principes à Sede Apostolica manasse: hoc ignorasse Gregorium VII. & Hadrianum IV. eius amulum. En solidissimam responsionem; si tamen strenuè calumniari, est solidè respondere. Si quæras ex Calvinista, vnde nouerit hoc fuisse Gregorio VII. & Hadriano IV. ignotum, nil aliud recinet, quam *ita se putare; non enim legi, illis hoc ius notum fuisse*. Egregiè prorsus. *Non legitur, Gregorium VII. sciuisse, vnde ius Electorū ad Germanos delatum fuerit; ergo non sciuit*. Quis te, Calvinista, hanc argumentandi rationē docuit? Imò ideo

y non

non fit mentio horum Electorū in monumentis Gregorij VII. quia in omnibus controuersis, quas cum Henrico I V. Rege habuit, hoc pro certo semper supposebatur, Imperium, & quæ ad creationem Imperatoris pertinent, à Sede Apostolica ad Germanos venisse; neque Gregorius vnquam Electionem Henrici in Regem Romanorum oppugnauit. De inuestituris Episcoporum, & Electione ac confirmatione Pontificis Romani potissimum contendebatur: imò ipse Henricus Imperatoris dignitatem & nomenclaturam adeo à Sede Apostolica proficisci nouerat; vt nomen Imperatoris prius non vsurparit, quàm à suo Antipapa Guiberto inunctus & coronatus fuisset.

Sed en suffragatorem omni exceptione maiorem, quem nobis dat Calvinista pro suis in Innocentium probris ac contumeliis, Leopoldum Episcopum Bambergensem lib. de veteri zelo Principum Germ. qui dicit; *non legi in antiquis Chronicis ius & potestatem eligendi Regem Romanorum ab Ecclesia ad certos Principes Germania prouenisse; ideo Innocentium hoc asserere, propter recognitionem per aliquem ex Regibus vel Imperatoribus Germanis, vel per Principes Electores ipsi Ecclesia Romana super hoc factam. Auditi: Baroni & Serari, clamat Calvinista, quid iste loquitur? Audiunt vel ex superis sedibus, quo vterque doctissimus scriptor iam feliciter migravit. Audiunt, inquam, sed non vident, quomodo Leopoldus tuis conuiciis suffragetur: Non enim dicit; Innocentium, agrotantem, per somnium in suo contemplatiuo cerebro, hoc finxisse. Nil simile à Leopoldo audiunt; vt nec illud: hanc Imperatoris Eligendi potestatem à Sede Apostolica non fluxisse; sed tantum audiunt dicentem: nihil de hoc legi in antegressis Historiis vel Chronicis. Hinc sequi, Innocen-*

*nocentium hoc per recognitionem & confessionem alicuius Regis, Imperatoris vel Principis Electoris cognouisse; qualis recognitio & confessio est instrumentum illud Electorum, de quo Bellarminus, Baronius, Serarius. An hoc est dicere; Innocentium somniasse, vt tu impudenter vociferaris? An hoc est negare, ius Electorum & dignitatem à Sede Apostolica descendisse? Num dicit; hanc rem fuisse inauditam ante Innocentium.*

*At dicit; non fuisse testatam Historiis vel Chronicis. Num omnes viderat Leopoldus? Num vniuersas legerat? An non ex Archiuis Romanæ Ecclesiæ vel ex traditione, vel ex scriptore, qui hodie non existet, Innocentius hoc discere potuit? Vnde ipsimet Principes qui Innocentio hoc ius recognouere, vt loquitur Leopoldus, id perspectum habuere? Et si Leopoldus Innocentio cōtradiceret, quis non videt, quem potius audire oporteret?*

*Ad testimonium Clementis V. in Concilio Viennensi respondet Caluinista; eandem esse Clementis rationem, quæ sit Innocentij; nam illum in huius vestigiis pedes suos ponere; hoc est, hac in contemplatio suo cerebro finxisse. Sed nec artis neq; ingenij est calumniari, rusticatim præcipuè, vt iste facit, more suo solens. Quis Pontifici cum generali Concilio aliquid ad Historiam superioris memoriæ spectans affirmanti, nō malit credere; quàm nudiusquintus enato Caluinistæ, qui curius hoc à Sede Apostolica prouenisse inficietur, aliam rationem reddere nequit; quàm inexsaturabile odium, quo in Papas flagrat.*

*Ad Epistolam Electorum mentitur; eam impetratam per sub & obreptionem, Germanos fuisse Historiarum imperitos nimisq; credulos. Facile potuisse in fraudem induci.*

Simile propemodum respōsum dederat Iunius; cuius infulsitatem iam in Defensione Bellarminiana ad caput vltimum lib. 3. de Translat. Imperij castigauimus. Vt Sycophantandi libidinem expleant, non verentur isti ipsos summos Principes iniuriis onerare. Quæso te, adeone ipsi principes Electores, Dux Saxonix, Palatinus Rheni, Marchio Brandeburgensis ignorantes, & à doctis destituti erant; vt ex ignorantia publico instrumento confiterentur, sub Rudolpho Romanorum Rege, se & maiores suos *Electoralement dignitatem* à Sede Apostolica accepisse? Quam dolendum, non extitisse tunc Calvinianum istum vel Illyricum, qui à tanto errore tantos Principes, atque adeo totam Germaniam, liberarent.

Mentitur Calvinista, hanc Principum Electorum confessionem & recognitionē fuisse postea *cassatam & annullatam in comitiis Reinensibus Anno Christi M. CCC. XXXVIII. Epistolâ ad Benedictum Papam inde missâ*; in qua nihil penitus hac de re continetur. Tantum hoc asserunt Principes, se iura Imperij velle defendere. Quis impedit, quo minus impigrè ea contra quo suis inuasores defendant? Num dicere; *se iura Imperij tueri velle*; est dicere; *Ius electorum Imperij à Sede Apostolica non prouenisse?*

Quod præterea aiunt, Eum, qui *eligitur concorditer, vel à maiore parte Principum Electorum, pro Rege Romanorum ab omnibus esse habendum, cumq; nec nominatione, approbatione, confirmatione, consensu, vel auctoritate Sedis Apostolica super administratione bonorum & iurium indigere*, id tanquam in schismate Ludouici Bauari effusum accipi debet: Et quomocunque accipiatur, non probat id, quod probandum erat; videlicet, istos Principes reuo-

reuocasse confessionem & recognitionem de iure electorali à Sede Apostolica accepto, quam sub Rudolpho Rege palam fecerunt Imperij electores: aut etiam illam, quam fecit Albertus I. Imperator, Bonifacio Pontifici his verbis. *Recognoscens igitur quod Romanum Imperium per Sedem Apostolicam de Grecis translatum est in persona Magnifici Caroli in Germanos, & quod ius eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem postmodum promouendum, certis principibus Ecclesiasticis & secularibus est ab eadem Sede concessum, à qua Reges & Imperatores, qui fuerunt, & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladij potestatem ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum; pia deuotione & sincero corde profiteor, quòd Romanorum Reges in Imperatores postmodum promouendi per Sedem eandem ad hoc potissime & specialiter assumuntur, ut sint sancte Romanæ Ecclesiæ aduocati, Catholica fidei ac eiusdem Ecclesiæ præcipui defensores.*

Adde, quòd isti ipsi, qui ad Benedictum ex Comitibus Reinessibus scripserunt, minimè affirmant, eum qui eligitur, eo ipso absolutum esse Imperatorem; sed Regem Romanorum; & titulum regium absque vilius amplius assensu vsurpare, & Imperium titulo Regis (aut vt hodie vocant, *Electi Imperatoris*) administrare posse.

Petit Serarius, vt Sectarij vel vnum nomenclent, qui neget ius Electorale venisse ad Germanos à Sede Apostolica. Caluianus dat pro vno quinque, *Leopoldum Bambergensem; Georgium Alten secretarium Norimbergensem; Archigrammateum Colonensem; Ioannem Bämlerum,* in suis Chronicis Germanicis; Et *Marsilium Patauinum.* Sed primus hoc non dicit, vt vidimus. Marsilius Schismaticus & Hæreticus est. Tres alij sunt obscurissimi;



mi; neque dicunt, quod illis iste affingit: vt fatebitur, quisquis eorum verba perpenderit & expenderit. Et tamen Calvinista, thraſonicè, *vide, inquit, Serari, quàm da-  
pſiliter munificus ſim; pro vno teſte, quem ſtagitaſti, en tibi  
quing.* Quorum vnus duntaxat, & quem Serarius non magis poſtulabat, quàm Illyricum, illud dicit, quod tu dictum velles.

Obſeruetur autem impoſtura Calvinista in literis Ludouici Palatini Electoris admiſſa. Nam titulum ita proponit. *Ludouicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bauaria, Ioannes & Adalbertus Duces Saxonia, Otto Marchio Brandeburgensis vniuerſis praſentem paginam inſpecturis ſalutem in Auctore ſalutis.* Non enim eaſdem ſimul ſcripſerunt litteras, ſed ſinguli ſingulas, quamuis eodem propemodum verborum tenore, vt teſtatur Baronius Anno DCCCC. XCVI. qui harum Episto-  
larum exemplaria vidit & legit. Solus ergo Ludouicus ſcripſit ſuas. Solus Otho ſuas. Soli Ioannes & Adalbertus ſuas, diuiſim ſcripſerunt, inquam, non coniunctim; Et tamen Episto-  
las diuerſas conflat iſte in ſuo Calviniano conflatario in vnam.

## CAPVT XXIX.

*De Confessione Auguſtana.*

INDICVLVM factum; Etiam Auguſtanam Confessionem Conſtitutionibus Imperialibus Calvinista intexuit; Et quidem primigeniam illam, vt profiteretur, non quam poſtea Philippus iterum iterumque recoxit ac reconcinauit. Non inquiram an nobis det verba loco intactæ illius Confessionis inuictiſſimo Imp. Carolo V. oblatæ.  
Creda-

Credamus ita esse. Illud displicet, quod ut plerunque aliàs, ita & hic nouum titulum comminiscitur; *Sacri Romani Imperij Principum ac Ordinum Protestantium Confessio fidei Catholica*; nam in nulla, opinor, Confessionis Augustanæ editione, hanc inscriptionem inuenies, & omnium minimè in illa, quæ Carolo V. exhibita; à quo certè exiguam benevolentiam iniissent, si eam existimationem, quam ipse pro hæresi reputabat; *Confessionista* in ipso vestibulo pro fidei Catholicæ Confessione venditassent.

Deinde quid ad Calvinistam Confessio Augustana, potissimum prima illa? cum Sacramentarij ferè non primam, utpote adhuc in multis Semipontificiam; sed illam vel illas vrgeant, & ad errores suos adaptent, quas labentibus annis Philippus apertius ad Caluini sensum expoliuit. Fateor à Caluino in suis Epistolis ne primam quidem reici; *sed sano & probo intellectu*, inquit, hoc est, si intelligatur, non ut à Lutheranis hodie, sed ut à Caluino intelligitur: & ut eam ab ipso suo Auctore Philippo tacitè prius; postea manifestius intellectam fuisse contendit. Ille ipse tamen Caluinus Epist. 313 quæ est ad Bezam, Confessionis Augustanæ vniuersim seu primæ, seu illis, quæ ex prima natæ sunt, hanc impertit benedictionem. *Augustana confessio, ut scis, fax est vestra Furia ad excitandum incendium, quo conflagret tota Gallia. Sed querendum est, quorsum obrudatur, cum semper eius molli- ties cordatis displicuerit, Auctore eius pœnituerit, &c. Omitto quod eius breuitas & obscura, & præteritis quibusdã maxi- mi momenti capitibus mutila est. Caterum absurdũ esset, ne- glecta Confessione Gallorum, illam arripere. Et tamen huic tam molli, obscure & mutila confessioni sub cuius vmbra multi, pacem & otium captando molestias, odia, crucem de- nique*

*nique fugiunt, inquit Calvinus Epist. 298. ad Valdenses, Calvinus ipse subscripsit, vt testatur Epist. 236. Sed eo sensu, quo Auctor ipse eam interpretatus est. At qua fide subscripsit, eadem postea à suo Chirographo desciuit; & nouam Confessionem pro se & suis cudit, ne Melancthonis videretur esse discipulus.*

Quid Calvinistæ nostro cum Augustana confessione, quæ, vt inquit Hospinianus Caluini sectator, altera parte Sacramentariæ Historiæ vel potius Confusionis, fuerit *mollissimè & languidius quàm oportet, scripta, studio se accommodandi opinionibus & locutionibus Papisticis: Et vt plurima, quæ palato Calviniano extremè aduersantur, præteream, quomodo Calvinista noster hunc Confessionis Augustanæ bolum deglutire posset? Falsè accusantur Ecclesia nostra, quod Missam aboleant. Retinetur enim Missa apud nos, & summa reuerentia celebratur. Seruantur & vsitata caremonia ferè omnes: Neq; valet Glossa, inquit Hospinianus, qua Vbiquistæ moderni se elabi hinc posse sperant, nempe, Missæ nomen in hoc articulo pro Cæna Domini accipi: nam de Cæna Domini decimus articulus est positus, de Missa hinc seorsim agitur.*

Adhæc, si Calvinista ideo Augustanam Confessionem in suum Centonem insuit, quia à septem Principibus, & duabus ciuitatibus subscripta & publicè comprobata fuit; multò magis librum Concordiæ Farragini suæ illigare debebat, quia longè plurimum Principum & ciuitatum Imperij suffragiis liber ille comprobatus in publicum exiit, quàm Confessio Augustana.

Quid commeruit Confessio quatuor Ciuitatum Argentorati, Constantiæ, Memmingæ, Lindauij, Cæsari cum Augustana confessione, exhibita, vt in hoc venustissimo Imperialium Constitutionum volumine  
statio-

stationem nullam reperiret? Nam quòd Cōfessionem Zvvinglij omisit; id accidit, quia non in Imperio, sed extra nata fuerat; titulus autem operis *statuta & rescripta Imperialia* nobis pollicetur. At cur hoc honore dignatus non est saltem alias Confessiones in Imperij solo progenitas; qualis Cōfessio Saxonica, Wirtebergensis, Mansfeldensis, & alia sine numero; Vix enim vllum sæculum feracius fuit *Confessionum*, quàm hoc nostrum.

Dicet fortasse. *Has non esse profectas à Principibus electoribus: Suum volumen ipso primo aspectu promittre Imperatorum, Cesarum Augustorum, Regum & Principum Electorum S. R. Imperij statuta & Rescripta Imperialia.* Si hoc ita; cur ergo suo Codici tot Bullas Pontificum, imò & Pseudopontificum sanctiones infercit, obstante titulo; qui nil nisi statuta & Rescripta Imperatorum, Cesarum, Regum & Principum Electorum spondet?

Iam claudamus riuos, quia satis superque prata bibisse videntur.

F I N I S.



Z

LE-



## LECTORI.

**A** MICE Lector, cum hac Apologia sub  
 pralo typographico versaretur, misit ad  
 me amplissimus Dominus MARCVS VEL-  
 SERS Inclyt & Reipublica Augustana Ilvir,  
 sequens prisca sui monumentum, unà cum cō-  
 iectura de Auctore. Nolui permittere; ut  
 diutius in tenebris lateret. In lucem exire iussi;  
 quod Ecclesiastica disciplina faustum sit ac  
 fortunatum; eritq; ut spero; si, qui in soriem ac  
 ministeriū Domini cooptati sunt, hac tam sa-  
 lutaria monita in intimas medullas demit-  
 tant, & ex eorum præscripto, vitam, mores &  
 actiones suas componere studeant. Numeri ab-  
 sunt à Manuscripto Codice; quos claritatis  
 & distinctionis gratia apposui.

Ex Codice MS. monasterij Neresheimensis scripto  
 Anno Christi M. IX. quod ex verbis istis colligitur:  
 Anni ab initio mundi vsq; in Aduentum Domini secundum  
 Hebraicam veritatem, anni sunt III. DCCCC. LVI. secun-  
 dum verò Interpretes anni V. C. XC. IX. Colliguntur autem  
 anni

anni omnes à Creatione primi hominis vsq; in VII. annum  
Hainrici Imperatoris secundum Hebraicam veritatem IV.  
DCCCC. LXV. secundum verò Interpretes VI. DCC. VIII.

**SERMO SYNODALIS**  
**QUI IN SINGVLIS SYNODIS**  
**PAROCHIANIS PRESBYTE-**  
**RIS ENVNCIANDIS EST.**

**R**ATRES Presbyteri, & Sacerdotes Domini,  
cooperatores nostri ordinis estis. Nos quidē, quam-  
uis indigni, locum Aaron tenemus; vos locum  
Eleazari & Ithamaris. Nos vice XII. Apostolo-  
rum fungimur; vos ad formam LXX. discipulorum estis. Nos  
pastores vestri sumus; vos pastores animarum vobis commif-  
sarum. Nos de vobis rationem reddituri sumus summo pastori  
Domino IESU Christo; vos, de plebibus vobis commissis. Et  
ideo charissimi, videte periculum vestrum. Admonemus &  
obsecramus fraternitatē vestram, vt de cōmuni salute vestra  
cogitantes attentius, audiat is admonitionē nostram, & qua  
vobis suggerimus, memoria commendetis, & opere exercere  
studeatis.

- I. In primis admonemus, vt vita & conuersatio vestra irre-  
prehensibilis sit.
- II. Scilicet vt cella vestra sit iuxta Ecclesiam, & in ea femi-  
nas non habeatis.
- III. Omni nocte ad nocturnas surgite: cursum vestrum certis  
horis decantate.
- IV. Missarum celebrationes religiosē peragite: corpus &  
sanguinem cum timore & reuerentia sumite. Vasa  
sancta propriis manibus abluite & abstergite.

- V. Nullus cantet missam, nisi ieiunus.
- \* Missam sci- VI. Nullus cantet \*, qui non communicet.  
liet.
- VII. Nullus cantet sine amictu, alba, stola, fanone, planeta.  
Et haec vestimenta nitida sint, & ad nullos alios  
usus sint.
- VIII. Nullus cum alba, qua in suos usus vitur, praesumat  
missam cantare.
- IX. Nulla femina ad altare Domini accedat, nec calicem  
Domini tangat.
- X. Corporale mundissimum sit; altare coopertum de mun-  
dis linteis.
- \* Pyxi, Pyxi- XI. Super altare nihil ponatur, nisi capsae & reliquiae, aut  
dicula. forte quatuor Evangelia, & \* buxida cum corpore  
Domini, ad viaticum infirmis: caetera in nitido lo-  
corecondantur.
- XII. Missale, plenarium, lectionarium & Antiphonari-  
um unaquaque Ecclesia habeat.
- XIII. Locus in Sacratio, aut iuxta altare sit preparatus, ubi  
aqua effundi possit, quando sacra vasa abluuntur.  
Et ibi vas nitidum dependeat, ibique sacerdos manus  
lauet post communionem.
- XIV. Ecclesia sint cooperta bene, & camerata, & atrium sit  
sepe munitum.
- XV. Nullus extra Ecclesiam per domos, aut in locis non  
consecratis missam cantet.
- XVI. Omnis presbyter Clericum habeat aut scholarem, qui  
Epistolam vel lectionem legat, & ad missam re-  
spondeat, & cum quo Psalmos cantet.
- XVI. Nullus solus missam cantet.
- \* Sporen. XVIII. Nullus cum calcariis, quos \* sporones rustice vocamus,  
& cultellis extrinsecus dependentibus missam can-  
tet; quia indecens est, & contra regulam Ecclesia-  
sticam est.

- XIX. Calicem & \*oblatam rectâ cruce signate, id est, non \*hostiam. in circulo & variatione digitorum, ut plurimi vestri faciunt, sed strictis duobus digitis & pollice intus recluso, per quos Trinitas innuitur, ✠ istud signum rectè facere studete. non enim aliter quidquam potestis benedicere.
- XX. Infirmos visitate, & eos reconciliate, & iuxta Apostolum, oleo sancto inungite, & propria manu communicate. Et nullus presumat tradere communionem Laico, aut femine ad deferendam infirmo.
- XXI. Nullus vestrum pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis, premium vel munus exigat.
- XXII. Videte, ne per negligentiam vestram ullus infans sine baptismo moriatur.
- XXIII. Nullus vestrum sit ebriosus, aut litigiosus. quia seruum Domini non oportet litigare.
- XXIV. Nullus vestrum arma ferat in seditione. quia arma vestra debent esse spiritualia.
- XXV. Nullus canum aut auum iocis inferuiat.
- XXVI. Nullus in tabernis bibat.
- XXVII. Vnusquisq; vestrum quantum sapit, plebi sua de Evangelio, vel Apostolo die Dominico, vel festis diebus annunciet.
- XXVIII. Verbum Domini debetis predicare.
- XXIX. Curam pauperum, peregrinorum, & orphanorum habete, & eos ad prandiola vestra inuite.
- XXX. Estote hospitales, ut alij à vobis exemplum bonum sumant.
- XXXI. Omni die Dominica ante missam, aquam benedictam facite, unde populus aspergatur. Et ad hoc solum vas habete.



- XXXII. *Sacra vasa & vestimenta sacerdotalia nolite in pignore dare negotiatori, aut tabernario.*
- XXXIII. *Nullus vestrum vsuras exigit, & conductor sui fa- noris existat.*
- XXXIV. *Res & facultates, quas post diem ordinationis ve- stra acquiritis, sciatis ad Ecclesiam pertinere.*
- XXXV. *Nullus sine scientia & consensu nostro Ecclesiam ac- quirat.*
- XXXVI. *Nullus per pecuniam alterius Ecclesiam supplantet.*
- XXXVII. *Nullus Ecclesiam, ad quam titulatus est, relinquat, & ad aliam quastus causa migret.*
- XXXVIII. *Nullus plures Ecclesias teneat sine adiutorio alio- rum presbyterorum.*
- XIX. *Nullatenus vna Ecclesia inter plures diuidatur.*
- XL. *Nullus alterius parochianum, nisi in itinere, & cum placitum fuerit, ad Missam recipiat.*
- XLI. *Nullus in alterius parochia Missam cantet.*
- XLII. *Nullus pœnitentem inuitet carnem manducare, & bibere vinum, nisi pro eo ad presens eleemosynam fecerit.*
- XLIII. *Nullus presumat baptizare nisi in vigilia Pascha & Pentecostes; nisi propter periculum mortis.*
- XLIV. *Vnusquisq; fontes habeat; & si non potest lapideos, habeat aliud vas ad hoc preparatum, in quo nihil aliud fiat.*
- XLV. *Videte, ut omnibus parochianis vestris symbolum & orationem Dominicam insinuetis.*
- XLIV. *Ieiunium quatuor Temporum & Rogationum & Letanie maioris plebibus vestris omnimodis ob- seruandum insinuate.*
- XLVII. *Feria IV. ante quadragesimam plebem ad confes- sionem inuitate, & ei iuxta qualitatem delicti, pœni- tentiam*

tentiam iniungite, non ex corde vestro, sed sicut in penitentiali scriptum est.

- XLVIII. Quater in anno, id est, ad Natale Domini, & Cænam Domini, Pascha & Pentecosten, omnes fideles ad communionem corporis & sanguinis Domini accedere admonete.
- XLIX. Certis temporibus coniugatos ab vxoribus abstinere exhortamini.
- L. Eulogias post Missam in diebus festis plebi tribuite.
- LI. Nullus induatur vestimentis laicalibus.
- LII. Nullus rem, aut possessionem, aut mancipium Ecclesia vendere, aut commutare, aut quocumq; ingenio alienare præsumat.
- LIII. Diem Dominicum & alias festiuitates absq; opere seruili à vespera vsq; ad vesperam celebrari docete.
- LIV. Cantus & choros mulierum in atrio Ecclesia prohibete.
- LV. Carmina diabolica qua super mortuos nocturnis horis vulgus facere solet, & cachinnos, quos exercent, sub contestatione DEI omnipotentis vetate.
- LVI. Cum excommunicatis nolite communicare.
- LVII. Nullus illis præsumat Missam cantare: sed & plebibus vobis commissis hoc annunciate.
- LVIII. Ad nuptias nullus vestrum eat.
- LIX. Omnibus annunciate, vt nullus vxorem accipiat; nisi publicè celebratis nuptiis.
- LX. Raptū omnimodis prohibete: & vt nullus ad proximum sanguinis sui accedat, & vt alterius sponsam nullus ducat.

LXI. Por-

- LXI. Porcarios & alios pastores vel Dominica ad Missam venire facite.
- LXII. Patrini filioliis suis symbolum & orationem Dominicam insinuent, aut insinuari faciant.
- LXIII. Chrisma semper sub sera sit aut sigillo, propter quosdam infideles.
- LXIV. De ministerio etiam vobis commisso vos admonere curamus, ut unusquisque vestrum, si fieri potest, expositionem symboli & orationis Dominice iuxta traditionem orthodoxorum penes se scriptam habeat, & eam pleniter intelligat, & inde, si novit, predicando populum sibi commissum sedulo instruat: si non, saltem teneat, vel credat.
- LXV. Orationes quoque Missarum, & canonem bene intelligat. Et si non, saltem memoriter ac distincte valeat proferre.
- LXVI. Epistolam & Evangelium bene legere possit; & utinam ad literam eius sensum possit manifestare.
- LXVII. Psalmorum verba & distinctiones regulariter ex corde cum canticis consuetudinariis pronuntiare sciat.
- LXVIII. Sermonem, ut supra diximus Athanasij Episcopi de fide Trinitatis, cuius initium est, Quicumque vult, memoriter teneat.
- LXIX. Exorcismos & orationes ad catechumenum faciendum, ad fontem quoque consecrandum, & reliquas preces super masculum & feminam, pluraliter & singulariter, distincte proferre valeat.
- LXX. Similiter baptizandi, ad succurrendum infirmis, ordinem quoque reconciliandi, iuxta modum sibi canonicè servatum, atque urgendi infirmos, orationes

tiones quoq; eidem necessitati competentes, bene saltem sciat legere.

LXXI. Similiter ordinem & preces in exequiis agendis defunctorum.

LXXII. Similiter exorcismos & benedictiones salis & aqua memoriter teneat.

LXXIII. Cantum diurnum & nocturnum nouerit.

LXXIV. Computum minorem, id est, epactas concurrentes regulares, terminum Paschalem & reliquos sapiat, si est possibile.

LXXV. Martyrologium & pœnitentiale habeat, & cetera. Volumus autem fratres charissimi, quatenus qua nostra percepistis traditione, quantum humana patitur infirmitas, bonis studeatis operibus adimplere: prestante Domino nostro IESU Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto uiuit & regnat DEVS per omnia secula seculorum, Amen.

CONIECTVRA DE AV-  
CTORE SVRADICTI SYNO-  
DALIS SERMONIS.

**V**M Codex Neresheimi in Augustana diocesi, Anno Christi M. IX. hoc est, trigesimo sexto post mortē S. Vdalrici scriptus sit, verisimile sit, Synodales has constitutiones à S. Vdalrico fluere, quas sequentes deinde Episcopi, quod inscriptio innuit, sæpius repetere & proponere consueuerint.

S. Vdalricus  
Episcopus, Au-  
gustanum esse  
prædicti ser-  
monis Aucto-  
rem.

Primum verò earum auctorem S. Vdalricum esse, magnopere confirmat locus vetusti scriptoris in vita

A a cap. 6.

cap. 6. In quibusdam autem diebus Capitula Clericis habere disposuit, in his locis ubi hac aptissime fieri archipresbyteri putauerunt, & ubi eum ab aliis mundanis conciliis absolutiorem esse arbitrabantur. Congregatis ante se Clericis, archipresbyteros & decanos, & optimos quos inter eos inuenire potuit, cautè interrogauit, qualiter quotidianum DEI seruitium ab eis impleretur, & qualiter populus illis subiectus, ex eis regeretur in studio pradicandi, docendiq;, quantaq; cautela infantes baptizarentur, infirmi visitarentur, & vngerentur, defunctorum etiam corpora quanta compassione sepulturis traderentur, qualiter de decimis & oblationibus fidelium pauperes recrearentur, viduis & orphanis in vniuersis necessitatibus subuenirent, quantoq; studio in hospitibus & aduenis Christo ministrarent: si subintroductas mulieres secum habuissent, & inde crimen suspicionis inciderent; si cum canibus & accipitribus venationes sequerentur; si tabernas causa edendi vel bibendi ingrederentur; si turpes iocos in vsu haberent, si ebrietates, & comestiones supra modum amarent, si rixis & contentionibus & emulationibus deseruirent, si nuptiis secularibus interessent, vel si aliqui eorum ministeria indecentia in consuetudine haberent, si per Kalendas more antecessorum suorum ad loca statuta conuenirent, ibiq; solitas orationes explerent, suasq; Ecclesias ad tempus reuiserent, si obedientiam eorum magistris prabuissent, & in toto suo ministerio deuoti & apti manere studuissent. Cum pleræque harum interrogationum Constitutionibus respondeant, tempus præterea locusque conueniant, profectò nihil vetat vni eidem S. Vdalrico constitutiones & interrogationes tribuere.



INDEX  
IN VITAM GREGO-  
RII VII. ET HERLVCÆ  
VIRGINIS.

A.		<i>Admontense Cœnobium Virginum.</i>	
<i>Adalbero Episcopus VVirzeburgen-</i>		273	
<i>sis, à Schismaticis in exiliũ pul-</i>		<i>Adrianus I. Papa seprimi vniuersa-</i>	
<i>sus.</i>	73	<i>lis Concilij collector.</i>	30
<i>restitutus.</i>	239	<i>Agnes Imperatrix.</i>	36.74
<i>Adalbero monachus.</i>	246	<i>mater Henrici IV. religiosissima.</i>	
<i>Adalbertus seu Albertus Comes.</i>	57.		74
	74	<i>secundò ad Regem filium able-</i>	
<i>Adalbertus Dominus de Irinsburg</i>		<i>gatur.</i>	77
<i>seu Iringopolitanus.</i>	275	<i>Agnes Comitũ Ottonis de Daninga</i>	
<i>Adalbertus Ratissponensis Inclusus.</i>		<i>filia, sanctimonialis.</i>	273
	276	<i>Albertus, Vide V. Adalbertus.</i>	
<i>Adalbertus de Reitenbuch.</i>	270	<i>Alexander II. Pont. Rom. 28. 33.</i>	
<i>Adalbertus presbyter de Rota.</i>	271		76
<i>Adelheida Ducissa &amp; Marchionissa</i>		<i>Altmannus Pataviensis seu Lau-</i>	
<i>Alpium Cottiarum.</i>	207	<i>riacensis Episcopus.</i>	73.229
<i>Taurinensis Comitissa.</i>	207	<i>à Schismaticis in exilium actus.</i>	
<i>Adelbaidũ vxor Mœnegoldi Comitũ</i>			73
<i>Palatini.</i>	266	<i>laudatus.</i>	249
<i>post mortem apparet Herluca in</i>		<i>S. Alto virginem inobedientem se-</i>	
<i>nebula.</i>	267.268	<i>uerè punit.</i>	280
<i>Adelbertus VVormaciensis Episco-</i>		<i>Altonis monasterium Altmünster,</i>	
<i>pus captus.</i>	233	<i>in Bauaria.</i>	280
		AA 2	Altonus

INDEX

<i>Altonus Archiepiscopus Mediolanē-</i> <i>sis.</i>	80	<i>B. Virginū.</i>	276
<i>Anathema quod Gregorius VII.</i> <i>protulit in Regem Henricum.</i>	89	<i>Aquæ pendentes, vrbs Italia.</i>	23
<i>Anathematum vsus ad Memorias</i> <i>Martyrum.</i>	265	<i>Arnoldus Paulostadensis.</i>	275
<i>S. Andreas Apostolus vltor sui san-</i> <i>ctuarj.</i>	25	<i>Auentinus notatus.</i>	234
<i>Angelus visus quosdam decollare.</i>	250	<i>calumniatur.</i>	4.5.6
<i>Anno Colonienfis Archiepiscopus.</i>	250	<i>quanam ex Paulo Bernriedensi</i> <i>excerpserit.</i>	4.5.6.7.11
<i>S. Anselmus Lucensis Episcopus.</i>	247	<b>B.</b>	
<i>ex eius comment. in Psalmos ex-</i> <i>cerpta quedam.</i>	241	<i>Barbati fratres religiosi.</i>	247
<i>eius sanctitas.</i>	243	<i>qui nunc Conuersi appellantur.</i>	248
<i>Apparitio S. Petri.</i>	23. 24	<i>à poëta stro quodam schismatico</i> <i>sugillantur.</i>	248
<i>S. Pauli.</i>	24	<i>Beatrix Ducissa cum filia Matbil-</i> <i>de Italiam gubernat.</i>	74. 80
<i>Angeli stringenti gladium.</i>	28	<i>Benedictus Pseudopontifex in Syno-</i> <i>do damnatus.</i>	28
<i>Simonis Magi.</i>	32	<i>Berga locus sacrarum Reliquiarum</i> <i>ferax.</i>	274
<i>S. Petri &amp; Hildebrandi Archi-</i> <i>diaconi.</i>	32	<i>Bernhardus seu Berinhardus Massi-</i> <i>liensis, bis confessor factus.</i>	74
<i>S. Petri, &amp; vt videbatur Christi.</i>	40	<i>propter Dominum exilia com-</i> <i>pedesq; perpeffus.</i>	74
<i>B. Virginis, quadruplex.</i>	42	<i>Abbas serè sexcentorum mona-</i> <i>chorum.</i>	212
<i>Christi vulnerati &amp; scisis vesti-</i> <i>bis.</i>	244. 245	<i>legatus Apostolicus.</i>	228
<i>Christi &amp; S. VVicterpi.</i>	245. 271	<i>Bernhardus Romana Ecclesia Car-</i> <i>dinalis Diaconus.</i>	212. 228
<i>Christi in Capitulo.</i>	249	<i>Bernried monasterium.</i>	5
<i>Angeli quosdam decollantis.</i>	250	<i>ad lacum VVormbsee.</i>	255
<i>dextra Dei super sacerdotem sa-</i> <i>cra facientem.</i>	252	<i>Beronicense Paulo.</i>	259
<i>S. VVicterpi.</i>	268	<i>Beronica, Bernried.</i>	263
<i>S. Laurentij.</i>	274. 275. 277	<i>Bertha mater Domni Otbonis.</i>	275
<i>S. Laurentij &amp; VVicterpi.</i>	276.	<i>Bertoldus Dux Carentanus.</i>	53
	277		Beur-

I N D E X.

Beurberg seu Peilberg monasterium Canon. Regul.	274	Columba Gregorij VII. sacrificantis humero dextro insidere, & sacro calici rostrum immittere visa.	39
S. Blasij monasterium in nigra syl- ua.	248	Gregorio etiam Magno appingi- tur dextro eius humero insidens.	39
Burhardus Halberstadenfis Epi- scopus martyr.	250	Luthero quoq; falso applicta & afficta.	39
eius visio.	250	Coniurati festum Natalis Christi ad facinus patrandum deligunt.	64
<b>C.</b>		eorum antesignanus clam fugit, promissa non seruat, & male pe- rit.	72
Cadalous Parmensis hareticus.	62.	Consiliarium artes.	81
Antipapa.	63. 76	Constantiensis diocesis amplitudo.	47
ab Henrico IV. Alexandro legi- timo Pontifici oppositus.	76	Cruce. Vide V. Signum S. Crucis.	
Callistus II. Pont. Rom.	9. 26	Cunradus eremita, auctor Buriber- gensis cellae.	275
Carolus Stengelius Ordinis D. Be- nedicti ad S. Vdalricum Augu- sta.	7. 256. 257	S. Cyriacus Martyr Herluca Virgini oculum restituit.	265. 266
Charopolis seu Karopolis filia Dou- da.	269. 273	ad eius Memoriam oculus cereus oblatus.	265
Chrisma in die Cœna Domini con- secratum igne caelesti coruscet.	22	<b>D.</b>	
Christianus. Vide V. Guitmundus.		Damasus II. Pont. moritur.	24
Christus apparens scisus vestibus & leproso similis.	244	Deliberatio de nouo Rege creando, apud Archiepiscopum Mogunti- num.	215
vulnera sua cruore manantia ostendit.	245. 271	Desiderius Abbas Casinensis.	34
Abbati in Capitulo modò annu- it, modò se auertit.	249	Cardinalis.	238
Cincius seu Cinthius, Praefectus Vr- bù, laudatus.	63	electus Papa, Victor appellatus, & cur.	239
male traducitur, quasi Gregori- um VII. ceperit.	214	Diaconi. Vide V. Cœlibatus.	
claret miraculis.	214		
Cœlibatus Sacerdotum, Diacono- rum & Subdiaconorum.	48. 59		



INDEX.

- Dietgerus. Vide V. Theocarius.      288  
 Digiti Gregorij VII. repente sanguinei apparere.      211  
 Disciplinas faciendi mos.      42  
 Diuina ultio in improbum qui Gregorium VII. perimere moliebatur.      69  
 Douda Herluca socia & discipula.      269  
 Sigibodi Eremita neptis.      269  
 Spiritum prophetia habuit.      270  
 eius patientia quanta.      270  
 mater Karopolis.      273  
 Iudita quinã tunicam promittit.      273  
 piè obit.      274
- E.**
- Elias Propheta recens natus, igneo globo diuinitus illustratus.      20  
 Episcopi pœnitentes.      201  
 Epitimum pœna seu pœnitentia.      201  
 Eppach locus, prope Schongam ciuitatem, ad Lycum fluuium.      245  
 pagus ita dictus.      257  
 duas habens Ecclesias.      258  
 Eptaticus locus.      245  
 vel Heptaticus.      257  
 inter Fauces oppidum & Augustam medius.      257  
 in ripa Lyci fluminis.      268  
 ibi sepulchrum S. VVicterpi in Ecclesia S. Laurentij.      268  
 Erkinbertus presbyter.      211  
 Exempla extraordinaria non sunt      210
- trabenda in consequentiã.      288
- F.**
- Fauces, oppidum.      257  
 S. Felicitas mater septem filiorum.      267  
 Forcheimensis conuentus indicitur.      210
- G.**
- Gebhardus Constantiensis Episcopus.      238. 239  
 Gebhardus Pauli Bernriedensis alumnus.      260. 275. 276  
 in gratia apud Herluca.      276. 277  
 pellitur cum Paulo suo Ratissona.      277  
 Gelasius II. Pont. Rom.      9. 247  
 P. Georgius Sturnus in Collegio Viennensi Philosophia Professor.      13  
 Gepe soror Cunradi eremita.      275  
 Geraldus Ostiensis Episcopus Cardinalis Legatus Apostolicus à Mediolanensibus captus.      73  
 Gebhardus Comes Galeria, Cadaloum Parmensem tuetur.      62  
 à multis Pontificibus excommunicatus.      62. 63  
 Gebhardus Episcopus Florentinus in Papam electus, & Nicolaus II. dictus.      28  
 Germanorũ lex notatu digna.      208  
 consuetudo in Quadragesima obseruanda.      220  
 Gerochus Reicherbergensis qui scripsit pro Gregorio VII.      3  
 Gloria

# I N D E X.

<i>Gloria Patri, &amp;c. versiculus à Nicanis Patribus &amp; B. Hieronymo commendatus.</i>	26	<i>cat. nec frustra.</i>	42
<i>à Simoniaci Episcopo proferri nõ potuit.</i>	26	<i>B. Virgo ei apparet.</i>	42
<i>Godefridus Dux, Beatricis maritus.</i>	36	<i>convalescit ope Deiparæ Virginis.</i>	43
<i>Godefridus seu Gotefridus Ecclesiæ Mediolanensis inuasor excommunicatus.</i>	80	<i>manuali aqua agrum curat.</i>	43
<i>Gregorius à vigilantia dictus.</i>	18	<i>cocus infirmus ad illius iussum conualuit.</i>	44
<i>Gregorius I. monasterium extruxit ad Scauriclium, in honorem S. Andreae Apostoli.</i>	25	<i>Otonem Episcopum Constantiensem ad Synodum Romanam citat.</i>	49. 50
<i>cum columba dextro eius humero insidente pingi solitus.</i>	39	<i>clero &amp; populo mandat, ne inobedienti Episcopo obediat.</i>	49. 51.
<i>obedientiam commendat.</i>	52	<i>52. 58. 59</i>	
<i>eius responsum ad Augustinum Anglorum episcopum de infirmitate, quomodo intelligendum.</i>	280	<i>concedit duobus Ducibus potestatem in clericos Simoniacos &amp; fornicarios.</i>	56
<i>Gregorius VI. Papa.</i>	234	<i>Rudolpho Duci dat consilium de pecunia Simoniacè accepta.</i>	56
<i>Gregorius VII. Quomodo Papa electus sit.</i>	33. 35	<i>Simoniaci pecunias offerenti quid responderit.</i>	61
<i>eius encomia &amp; virtutes.</i>	33. 34	<i>propter libertatem Ecclesiasticã qua sit passus.</i>	61. & seq.
<i>de electione sua scribit ad Desiderium Abbatem Casinensem.</i>	34	<i>nocte Natalis Dominici capitur, &amp; grauitè vulneratur.</i>	66
<i>petit precum suffragia &amp; auxilia à Desiderio.</i>	35	<i>qui eum vulnerauerat, à Damone statim arreptus est.</i>	67
<i>de Henrico Rege sollicitus.</i>	38. 76	<i>dux totius tragœdia fit ei supplex.</i>	70
<i>illius sacrificiis humero columba insidere &amp; sacro calici rostrum immittere visa.</i>	39	<i>quid responderit ad preces supplicis.</i>	70
<i>gravi morbo corripitur.</i>	41	<i>constitenti reo ignoscit, eiq; peregrinationem Hierosolymitanam pœnitentiæ loco iniungit.</i>	71
<i>S. Ioannem Gualbertum inuo-</i>		<i>liberatur.</i>	72
		<i>eius controuersia cum Rege Henrico narrantur.</i>	72. & seq.
			à qui-

I N D E X.

à quibus reprehendatur, & defendatur.	72. 73. 74	rogatur vt successorem nominet.	238
quàm sollicitus fuerit de correctione & emendatione Regi.	76	ultima eius verba.	240
animos concitatos oratione placat.	84	cum Helia Propheta comparatus.	240. 241
Anathema quale protulerit in Regem Henricum.	89	eius mitra spleneticum sanat.	241
eius epistola de abdicatione & excommunicatione Henrici Regi.	91	de eius casula mirum.	247
ob quas causas Henricum excommunicauerit.	93	eius adhuc viuente visio de Abbate Cluniacensi.	249
etiam ante Pontificatum Regem Henricum de suis sceleribus & flagitiis admonuit.	94	eius calumniator mutus factus, eiusdem precibus recipit loquelam.	253
rogatur, vt Augustam in Germaniam se conferat.	203	Vide etiam V. Hildebrandus.	
annuit petitioni Principum.	203	Gregorius Romana Ecclesie Diaconus, legatus ad Principes Germanie.	211
manet in sententia.	204	Gualterius seu Valtharius Archiepiscopus Rauennas.	260
technas Henrici notat.	209	Guibertus hereticus ex Archiepiscopo Rauennate Antipapa.	64
rogat, vt noui Regi electio differatur.	210	à Gregorio VI. in Synodo damnatus.	237
cur ab Henrico securum transitum in Germaniam postulauerit.	211	alter Barrabas.	242
eius digiti repente sanguinei apparuere.	211	Guido Archiepiscopus Mediolanensis.	80
Mangoldum Comitē morbo laborantem sanat.	213	Guimundus Auerfanus Archiepiscopus.	212
eius oratio ad sanctos Apostolos Petrum & Paulum.	234	alio nomine Christianus.	212
B. Virginis iussu Henricum Regē excommunicat.	234. 236	Gutta Manegoldi seu Mangoldi Comitiss vxor.	212
ex vrbe Salernum abit.	238	veneno occiditur.	213
præcit mortem suam.	238		

H.

Hadeviga illustris femina.	246
Hadiuiga Rurperti nobilis Herluca	

I N D E X.

- |  |          |   |            |
|--|----------|---|------------|
| luce patroni coniunx.  | 269      | conuicia iacit in Pontificem.   | 82         |
| ad calibem vitam cum marito suo conuersa.  | 272      | à Gregorio VII. excommunicatus.   | 89         |
| Hæretici Gregorium VII. Hellebrandum vocitant. 14. 15. 19 21 idq; ab antiquis Schismaticis didicerunt. | 14 21    | sæpe monitus verba dedit Pontifici.                                     | 94         |
| Hartmannus presbyter Eptatici, post Præpositus Augusta Canonorum S. Mauritij.                          | 279      | deseritur à multis.   | 201        |
| eius sacrilegium, cæcitas, illuminatio.  | 279      | monetur à Principibus vt se Pontifici obsequentem præbeat.              | 203        |
| Heinricus Augustensis Episcopus.   | 278      | pollicetur emendationem, sed simulatè.                                  | 203        |
| indicto triduano ieiunio inquiri & transfert Reliquias S. VVicterpi.                                   | 278. 279 | obsistit petitioni Principum, & quo consilio.                           | 203. 204   |
| Heinricus Bureburgensis Præpositus.  | 274. 275 | clam petit Italiam.   | 206        |
| Helisea mater Vdalrici Passauensis Episcopi.   | 253      | Canusij Pontificem adit penitentis habitu, & comploratione spectatorum. | 206        |
| piè & sanctè obit.   | 253      | eius iurandum.  | 207        |
| Henricus III. Imp. de Hildebrando quid senserit.   | 23       | cum affectu suis absolutionem ab excommunicatione maturat.              | 208        |
| mortuus.   | 75       | coronari cupit, & quo consilio.   | 209        |
| Henricus IV. alter Nero.   | 22       | obstat, ne Pontifex in Germaniam veniat.                                | 210        |
| Nicolaitarum patronus.   | 32       | causa sua diffidit.   | 210        |
| indignus regno successit.  | 75       | à legatis Regis Rudolphi accusatus, & de quibus.                        | 229        |
| qualis in pueritia.  | 75       | eius scelera.   | 233        |
| promittit se obtemperaturum Pontifici.   | 77       | nouus Nabuchodonosor.   | 237        |
| redit ad vomitum.  | 77       | Heptaticus. Vide V. Eptaticus.  |            |
| fallit fidem.  | 80       | S. Herluca Virgo.   | 2. 5. 7. 8 |
| Ecclesiam Mediolanensem, Firmianam & Spoletanam inuadit.   | 80       | eius visiones contra Nicolaitas.  | 245. 246   |
|  |          | in monasterio Bernriedensi sepulta.                                     | 255        |
|  |          | eius natales, infirmitas, cæcitas.                                      | 265        |

I N D E X.

- statuit seculo valedicere. 265  
 varia eius visiones. 265. 267.  
 271. 274. 275. 276. 277. 279  
 pauperum infantum curam  
 suscipit. 266  
 diabolicos terrores superat. 266  
 in riuulum molarem à diabolo  
 detrusa. 266. 267  
 in locum Eptaticum veniens, ibi  
 moratur. 268  
 audit cantum Angelorum. 272  
 multis calibatum persuadet. 272  
 animæ patris sui salutem preci-  
 bus suis impetrat. 274  
 à S. Laurentio ad sacram com-  
 munionem deducta. 274. 275  
 ab eodem S. Laurentio Romam  
 ducta. 275  
 futura prædicat. 276  
 B. Virgo ei apparet & reuelat  
 quadam. 276  
 rusticorum furore ab Heptatico  
 depulsa. 277  
 cum Paulo Bernriedensi venit  
 Beronicam. 277  
 à S. VVicterpo ob rem leuissimam  
 correpta pœnitentiam accipit.  
 280  
 Hermannus. Vide etiam V. Huz-  
 mannus.  
 Hermannus Cardinalis Episcopus  
 Brixienfis. 43  
 Hermannus Contractus Comes Mæ-  
 goldi frater. 212  
 Hermannus Episcopus Metensis &  
 Apostolice Sedis Legatus. 66  
 aliàs Herimannus. 73  
 pro Gregorio VII. multa passus.  
 73. 239  
 Hermannus sextus Bambergensis  
 Episcopus. 60  
 Simoniacus & idiotæ. 60  
 intrat monasterium. 61  
 Hildebrandus vnde dictus. 13. 14  
 heros seu dux galeatorum. 14.  
 15  
 heros vel amoris gladius. 17  
 perustio. 19  
 Hildebrandus natione Tuscus, Pon-  
 tificex Maximus Gregorius VII.  
 dictus. 19  
 adhuc paruuli vestibus scintilla  
 ignis emicare visa. 20  
 de illius capite flamma procede-  
 re visa. 20  
 Alexandri II. Archiepiscopus.  
 21  
 raptorem excommunicat, mox  
 flumine ictum. 21  
 in somno videt ex ore suo mun-  
 dum inflammari. 21  
 consecratum ab ipso chrisma ca-  
 lesti igne lustratur. 22  
 signo S. Crucis incendium ex-  
 stinguit. 23  
 puer in Monasterio B. Virginis  
 in monte Auentino educatus.  
 23  
 adolescens in Franciam ad Clu-  
 niacense Monasterium profectus.  
 23  
 in aula Henrici III. Imp. ali-  
 quando

I N D E X.

quandiu versatus, Romam redit.	23	Simonem Magum sibi apparentem vincire visus.	32
iter parans in Germaniam & Galliam, à S. Petro reuocatur.	23.24	cum S. Petro in basilica sua deambulare visus.	32
à Leone IX. Subdiaconus ordinatus, & monasterio S. Pauli praefectus.	24	Vide V. Gregorius VII.	
à S. Paulo per visum admonitus, eius monasterium reformatur.	24	Hildericus Rex Francorum depositus.	218
quantum spei posuerit in fratrum suorum precibus.	25	Hiltiburgi Virgo nobilis & religiosa.	266
Archidiaconus Ecclesiae Romanae à Leone IX. creatus.	25	Hirsaugia monasterium.	248
à Victore II. in Galliam missus.	25	Hubaldus Episcopus Mantuanus.	44
Kalisto Papae familiaris.	26	Hubertus Episcopus Pranesstinus Legatus Apostolicus ad Henricum Regem.	73
Simoniacum Episcopum versuculo Gloria Patri, &c. mirabiliter confudit & conuicit.	26	Hugo Abbas Cluniacensis.	27. 73. 207
occultas cogitationes cognoscit.	27	Henrici Regis Pater spiritualis in baptisinate.	74
nummos in templo numerantem expellit.	27.28	de eo mirabilis visio Gregorij VII.	249
angelum videt stringentem gladium.	28	quosdam videt ab Angelo decollari.	250
preuidet futuram pestilentiam.	28	Hugo Diensis Episcopus in Burgundia.	73
collecta Synodo, Pseudopontificem damnas, legitimo substituto.	28	eius electio diuinitus comprobata.	73
à Camerario Papae febrem mirabiliter pellit.	28.29	Hugo Lugdunensis Episcopus.	238
cultor Deiparae.	29	Hugo olim Cardinalis pseudoepiscopus.	81
coram imagine D. Virginis preces fundit.	29	succinit conciliabulo Vormariensi.	81
falso accusatur apud Alexandrum II. Pont.	30	fictitias literas spargit.	82
		Huzmannus seu Hermannus Episcopus Spirensis.	203
		eius horribilis interitus.	203
		B b 2	Iaco-

I N D E X.

I.

*Iacobus Interisus Martyr.* 277  
*Ieiunium triduarum ab Augusten-*  
*si Episcopo indictum.* 278  
*Imago Saluatoris salutarum ro-*  
*rem stillans.* 31. 32  
*Imago D. Virginis lachrymatur.* 30  
*arridet Hildebrando Archidia-*  
*cono, qui postea Gregorius VII.*  
*30*  
*ad eam accensa candela inextin-*  
*cta conseruatur.* 31  
*Imago à S. VVicterpo representata.*  
*277*  
*Inundatio aquarum Romæ.* 65  
*Ioannes Abbas Anachoreta peregrina-*  
*tionum ad loca sacra studio-*  
*sus.* 31  
*ante imaginem B. Virginis can-*  
*dulam accendit quæ dum redi-*  
*ret non extinguebatur.* 31  
*Ioannes Alexandri II. Camerarius*  
*per Gregorium VII. à febre mi-*  
*rabiliter liberatus.* 28. 29  
*S. Ioannes Gualbertus Abbas inuo-*  
*catus fert opem.* 41  
*Irisburg. seu castrum Iringi.* 275  
*Iudita nobilis Rurperti & Hadeuui-*  
*gasilia.* 272  
*ad propositum conseruanda vir-*  
*ginitatis conuersa.* 272  
*cantantes Angelos audit.* 272  
*à Patauiensi Episcopo sacrû ve-*  
*lumen accipit.* 273  
*in monasterio fontis VVesini se-*  
*pulta.* 273

*Herluca apparet.* 273  
*Iusurandum Henrici Regis.* 297  
*legatorum Henrici.* 239  
*legatorum Rudolphi.* 239

K.

*Kalistus. Vide V. Callistus.*  
*Karopolis. Vide V. Charopolis.*

L.

*Laurentius Leuita apparet Herlu-*  
*ca & Doua.* 274  
*eius Reliquia in agro Verano.* 274  
*Herlucam deducit ad sacram cõ-*  
*munionem.* 274. 275  
*Herlucam deducit Romam ad*  
*templa Urbis.* 275  
*apparet cum S. VVicterpo.* 276.  
*277*  
*Leo IX. Pontifex, Hildebrandum*  
*Subdiaconum ordinatû mona-*  
*sterio S. Pauli præficit.* 24. 25  
*Lugdunû prima sedes Galliarû.* 26  
*Lugdunense Concilium.* 26  
*Luikardû Herluca nepti.* 273  
*Lutherani Luthero suo columbam*  
*adpingunt & affingunt.* 39

M.

*Magnus Cõfessor celesti lumine co-*  
*ronatus.* 278  
*Presbyter ordinatus.* 278  
*Maiolus Abbas Cluniacensis.* 29  
*Manegoldus vel Mangoldus Comes.*  
*211*  
*frater Hermanni Contracti.* 212  
*duos habuit filios, è Gutta vxo-*  
*re.* 212

*valde*

# INDEX

- |  |  |
|--|--|
| <p>valde diligit Gregorium VII. 213<br/>         morbo afflictus sanatur à Gregorio. 213<br/>         renuit secundas nuptias inire. 213<br/>         S. Martinus qualis erga Seuerum Sulpitium. 276<br/>         Mathildis Comitissa. 22.207<br/>         Gregorium VII. tuetur. 22<br/>         altera Delbora. 74<br/>         totam Italiam gubernat. 80<br/>         Mendacium omne vitandum, etiã piũ. 267<br/>         Miraculum grande vltionis diuinæ in excommunicatos. 201<br/>         aliud in Gregorij VII. digitis. 211<br/>         de mitra Gregorij VII. 241<br/>         de calumniatore Gregorij. 253<br/>         de sepulchri perfossoribus &amp; violatoribus. 254<br/>         virginis cuiusdam mentiri nolentis. 267<br/>         Mitra Gregorij VII. splenicum sanat. 241<br/>         Moropolis castellum. 266</p> <p style="text-align: center;"><b>N.</b></p> <p>Natalis Christi festum ad facinus patrandum delectum. 64<br/>         Nauis Ecclesiam significat. 32<br/>         Nicolaita tempore Gregorij VII. 32.60.244<br/>         varia de illũ visiones &amp; exempla. 245.246.247<br/>         Nicolaus II. Pont. Rom. 28<br/>         mortuus. 76</p> | <p>Nix diuturna liquecit in coronatione Rudolphi Regis. 217<br/>         in quam partem hac liquesfactio accepta fuerit. 217<br/>         Nõcte Natalis Dominici capitur Gregorius VII. 66<br/>         Nonantula Monasterium S. S. Syluestri &amp; Adriani Pontificum. 22</p> <p style="text-align: center;"><b>O.</b></p> <p>Obedientia victimis prapõnitur &amp; commendatur. 52<br/>         Oculus cereus pro restituto visu oblatu. 265<br/>         Odalricus. Vide V. Vdalricus.<br/>         Odalschalchus cum Alberto, pro Gregorio VII. 74<br/>         Otto Comes de Daninga. 273<br/>         Otto Defensor habitationum Bergæ &amp; Bureburgi. 274<br/>         Otto Episcopus Constantiensis. 45<br/>         stultus &amp; schismaticus. 46<br/>         excommunicatus &amp; in exilium pulsus. 46<br/>         Otho Episcopus Ostiensis, postea Põtifex Vrbanus II. appellatus. 238<br/>         legatione in Germaniam functus. 238.239<br/>         Ouum prodigiosum. 83.87<br/>         eius mystica declaratio. 87</p> <p style="text-align: center;"><b>P.</b></p> <p>Papiense conuenticulum. 82<br/>         Parmensis Clericus impudens. 82<br/>         in Synodo Romana periclitatur de vita. 83<br/>         eripitur periculo à Pontifice. 84</p> <p style="text-align: center;">B b 3                      S. PAU-</p> |
|--|--|



I N D E X.

<i>S. Paulus Apostolus apparet Hildebrando basilicam suam purgans.</i>	40
24	
<i>vindex sui sanctificij seu monasterij.</i>	25
<i>Paulus Bernriedensis qui fuerit.</i>	1.
2.255	
<i>sacerdos seu Canonicus Ratubonensis.</i>	2
<i>Ratubona pulsus Bernriedis factus Canonicus Regularis.</i>	2
<i>vitam Gregorij VII. &amp; S. Herlucae Virginis scripsit.</i>	7.8.255
<i>sacerdotio initiatus ab Vdalrico Episcopo Passauensi.</i>	8.251
<i>cur scripserit vitam Gregorij VII.</i>	61
<i>quo tempore vitam B. Herlucae scripserit.</i>	256.259
<i>multa passus à Ratibonensibus Clericis quod schismaticum Henrici Imp. adharere nollet.</i>	277
<i>pellitur cum Gebhardo suo Ratubonâ.</i>	277
<i>cum Herluca venit Beronicam.</i>	277
<i>Paulus Stadensis, vel Paulostadensis.</i>	263.275
<i>Peilberg. Vide V. Beurberg.</i>	
<i>Peregrinationes Hierosolymam ad adorandam S. Crucem, &amp; ad alia sancta loca instituta.</i>	31
<i>S. Petrus Gregorio VII. apparens Romam reuocat.</i>	23.24
<i>rustico cuidam apparet cum aliis duobus Sanctis.</i>	40
<i>caluitiem habuit in capite, ve testatur ex Clemente S. Hieronymus.</i>	40
<i>Petrus Albanensis Simoniacos conuicit, transeundo per accensum rogum illa sus.</i>	73
<i>Episcopus.</i>	229
<i>Pipinus auctoritate Papæ Rex Francorum.</i>	218
<i>Pisani quidam pernoctantes in basilica S. Petri quid viderint.</i>	32
<i>Pœnitentium habitus.</i>	206
<i>Pontifex potest deponere Reges.</i>	218
<i>probatur hoc auctoritate &amp; exemplis.</i>	218
<i>Pontificia auctoritas notanda.</i>	216
<i>Portentum.</i>	83
<i>Præsepe Domini violatum abstracto ab eo Pontifice.</i>	70
<i>Principes Germaniæ Regem monent vt se Pontifici obsequentem præbeat.</i>	203
<i>rogant Pontificem vt Augustam in Germaniam se conferat.</i>	203
<i>Vlmæ contra Henricum conueniunt.</i>	210
<i>perstant in sententia noui Regis eligendi.</i>	215
<i>eorum querela contra Henricum.</i>	233
	Rainald.

I N D E X.

R.

- |   |  |
|---|--|
| Rainaldus Episcopus Cumanus.<br>36  | Rota locus in confinio Noricorum &<br>Alamannorum. 246                       |
| Rapoto, seu Ratpoto, seu Rappodo<br>Comes Palatinus in Regem ex-<br>petitus. 74     | Rudolphus Dux Sueviae. 53.56   |
| in praelio ad Elstram occisus. 74   | creatur Rex. 216   |
| Reliquiae Sanctorum solenniter trans-<br>latae. 278                                 | eius laus. 216   |
| Rex verus qui non sit. 218  | eius electio quibus displicuerit.<br>217                                     |
| Richarius seu Richardus presbyter<br>Nicolaita. 245.270.271                         | eius excusatio ob susceptum re-<br>gnum. 217                                 |
| penitentiam agit. 245.271   | legationem mittit ad Pontifi-<br>cem. 219                                    |
| Robertus Guiscardus excommuni-<br>catus & iterum absolutus. 64                      | Rusticus vidit columbam celo dela-<br>psam Gregorio VI I. infidentem<br>39   |
| Romana Ecclesia totius Religionis<br>caput & Magistra. 76                           | S. Petrus, & ut videbatur Chri-<br>stus, tertio ei apparent. 40              |
| Romana Synodus sub Gregorio VII.<br>45.59.221.229.233                               | monetur ut visa pandat. 40   |
| eius responsum ad orationem Pon-<br>tificis. 88                                     | visionem Gregorio patefacit. 41  |
| eius decreta. 221   | Rutpertus nobilis Herluca patronus<br>& altor. 269                           |
| Romanus populus pugnat pro Gre-<br>gorio. 68  | ad caelibem vitam cum coniuge<br>sua conuersus. 272                          |
| oppugnat turrin in qua Ponti-<br>fex captiuus tenebatur. 68                         | <b>S.</b>  |
| quorundam eximia charitas in<br>male tractatum Pontificem. 68.                      | Sacerdotes. Vide V. Caelibatus.  |
| 69  | Saxones conspirant contra Regem.<br>79                                       |
| quorundam petulantia & im-<br>probitas in Pontificem, eiusque di-<br>uina ultio. 69 | Schafhusin monasterium. 248  |
| focios coniurationis punit. 72  | Schismatici Episcopi Diabolici dicti<br>ab auctore schismatis diabolo.<br>82 |
| Romanus nouitius Collector mira-<br>cularum S. Laurentij. 274                       | Scupeas, pro pelle squamosa. 83  |
|   | D. Sebastianus Tengnagelius. 10.12.<br>13                                    |
|   | Seditio popularis Moguntiae. 220   |
|   | diffugiunt lepores. 220  |
|   | Seuerus  |

INDEX.

<i>Seuerus Sulpitius scriptor vitæ S. Martini.</i>	276	<i>scopus Salisburgensis. 8. 9. 12. 250 in itinere Hierosolymitano apaganis captus &amp; membratim intercisus.</i>	251. 278
<i>Sigeborus ex Eptatici presbytero Beronicensis Præpositus.</i>	276	<i>Treuga.</i>	228
<i>Sigefridus de sancti Saluatoris Cellæ.</i>	249	<b>V.</b>	
<i>Sigibodus Reitenbuchensis Eremita.</i>	269	<i>Vbaldus Episcopus Mantuanus.</i>	241
<i>Sigisfridus Moguntinus pseudoepiscopus.</i>	81	<i>Vdalricus de Corninga.</i>	273
<i>Signum S. Crucis incendio obiectum.</i>	23	<i>Vdalricus vel Odalricus Episcopus Augustensis.</i>	212
<i>Simon Magus Hildebrando Archidiacono apparens, &amp; ab illo vitus.</i>	32	<i>calesti visione approbatus.</i>	252
<i>Simoniacus quidam Episcopus versiculum Gloria Patri, &amp;c. proferre integrum non potuit.</i>	26	<i>Vdalricus Episcopus Passauensis. 8. 9. 12. 251</i>	
<i>presbyter horrenda visione ter- ritus.</i>	244	<i>laudatus.</i>	251
<i>Stephanus X. Pont. Rom.</i>	28	<i>Heinricianam persecutionem fugit.</i>	273
<i>Subdiaconi. Vide V. Cœlibatus.</i>		<i>Vdalricus seu Odalricus Prior Cluniacensis.</i>	249
<i>Svartzachianum monasterium Franciæ Orientalis.</i>	61	<i>attinentiæ apud Sueuos Præpositus.</i>	276
<b>T.</b>		<i>Vdo Treuirensis Episcopus Gregorij VII. causam agit.</i>	73. 225
<i>Tedaldus alter inuasor Ecclesiæ Mediolanensis.</i>	80	<i>Victor II. Pont. Rom.</i>	25. 28. 75
<i>Theocarius seu Dietgerus Metensis Episcopus.</i>	267	<i>Henrico III. Imp. morienti ad- fuit.</i>	75
<i>Theodomarus. Vide V. Thiemo.</i>		<i>Vigiliæ &amp; stationes nocturnæ.</i>	65
<i>S. Theodorus Archimandrita guttula ex imagine Saluatoris destil- lante pestem depulit.</i>	31. 32	<i>Vigiliarum festi trium Regum vsus.</i>	273
<i>Theophania, Epiphania.</i>	273	<i>B. Virgo Deipara. Vide V. Imago B. Virginis.</i>	
<i>Thiemo seu Theodomarus Archiepi-</i>		<i>apparet Gregorio VII. &amp; cui- dam alteri.</i>	42
		<i>sanitatem Gregorio VII. resti- tuit.</i>	43
		<i>Gregorio VII. apparens diem des-</i>	des-

# I N D E X


- |  |  |
|--|--|
| <p>designat quo excommunicet Regem. 233.234</p> <p>apparet Herluca. 276</p> <p>Virgines ne mentiantur. 267</p> <p>VValterius Doude filius. 269</p> <p>VValtbarius. Vide V. Gualterius.</p> <p>VVerinbarius Magdeburgensis Archiepiscopus occisus. 233.250</p> <p>VVessebrun seu VVessoni fons, monasterium superioris Bauariae. 273</p> <p>cur ita dictum. 273</p> <p>S. VVicterpus Augustanus Episcopus. 245. 256</p> <p>Eptatici secessu delectatus. 257. 258</p> <p>in Eptatico sepultus. 268</p> <p>apparet Herluca. 268. 271. 276. 277. 279</p> <p>S. Magnū ordinat presbyterum. 278</p> <p>eius corporis &amp; Reliquiarum solennis translatio per Heinricum</p> | <p>Episcopum Augustensem. 278. 279</p> <p>quo die obierit. 279</p> <p>eius libros corrumpens excacatus, pœnitens visum recepit. 279</p> <p>imponit Herluca orationes &amp; geniculationes. 280</p> <p>VViolica Virgo nobilis &amp; religiosa. 266</p> <p>VWilhelmus Hirsaugiensis Abbas. 243. 249</p> <p>centum quinquaginta monachos sub se habuit, præter fratres barbatos seu Conuersos. 248</p> <p>Ordinis S. Benedicti in Germania reformator. 248</p> <p>Herluca pater spiritualis. 268</p> <p>VWilhelmus Traiectensis Episcopus Simoniacus. 202</p> <p>eius horribili interitus, &amp; ultima monita ad Regem. 202</p> <p>VVolfhardus vitas Sanctorum collegit &amp; contraxit. 7. 10. 12</p> |
|--|--|

F I N I S.



Cc

IN



INDEX  
PRAECIPVORVM  
CAPITVM APOLOGIÆ  
BARONIANÆ.

## A.

*Acta Synodi Romanæ de electione  
Caroli Calvi Imperatoris.* 370.  
& seq. 386  
*Apostolica Seder. Vide V. Electores.*  
447  
*Arno Archiepiscopus Salisburgensis.*  
336  
*Augustana Confessio.* 452. & seq.  
455

## B.

*Bambergensis Episcopatus.* 430. 432  
*Basilii Imperator Constantinopo-  
litanus.* 361  
*Brixinense Conciliabulum.* 437. &  
seq.  
*Bulla Hadriani Pontificis.* 294. &  
seq. 319  
*Bulla Leonis VIII. Antipapæ prima.*  
397. & seq. 403  
*Bulla Leonis VIII. Antipapæ secun-  
da.* 404. & seq. 408

## C.

*Capitularia Caroli Magni.* 323  
*Caroli Calvi Imperatoris electio.*  
370. & seq.  
*Caroli Calvi epistola ad Hadrianū  
II. Pontificem Maximum.* 365.  
& seq. 369  
*Caroli Magni epistola ad Elipandū  
de hereſi Felicianæ.* 320. & seq.  
322  
*Caroli Magni epistola ad Pipinum  
filium Regem Italiae de Eccleſia-  
ſtica immunitate.* 329  
*Caroli Magni Iuramentum pro de-  
fensione Eccleſiæ.* 326. & seq. 328  
*Caroli Magni Prefatio in ſua Capi-  
tularia.* 323. & seq. 325  
*Caroli Magni Teſtamentum.* 330.  
& seq. 335  
*Clericorum percussores. Vide V. Cō-  
cilium.* 345  
*Commentitia Othonis III. conſti-  
tutio*

## I N D E X.

- tutio eiusq; refutatio. 413. & seq.  
420. 425
- Conciliabulum Brixinense. 437. & seq.
- Conciliabulum Romanum contra Ioannem XII. sub Othone I. Imperatore. 391. & seq. 396
- Conciliabulum VVormaciense contra Gregorium VII. 434. & seq. 436
- Concilium apud Theodonis villam à XXII. Episcopis aduersus percussores Clericorum, occasione Ioannis Episcopi congregatum tempore Leonis III. Papæ. 345. & seq. 349
- Confessio Augustana. 452. & seq. 455
- Confluentana pax sub Ludouico iuniorè. 359 & seq.
- Constantini Magni donatio. 421. & seq. 425
- Constitutio de pace Confluentana sub Ludouico Iuniorè Imperatore. 359. & seq.
- Constitutio Friderici II. Imperatoris pro Ecclesiastica libertate. 446. & seq. 448
- Constitutio Henrici I. Imperatoris. 426. & seq. 431
- Constitutio Lotharij I. Imperatoris de electione Romani Pontificis, & legibus Romanorum. 350. & seq. 358
- Constitutio Ludouici Pij Imperatoris de rebus Romana Ecclesia donatis. 340. & seq. 342
- Cõstitutio Othonis III. commentitia eiusq; refutatio. 413. & seq. 420. 425

### D.

- Defenditur Ludouici Pij Imperatoris Constitutio de rebus Romana Ecclesia donatis. 340. & seq. 342
- Defensio Ecclesiæ. Vide V. Iuramentum. 326
- Diploma Othonis Magni de Regalibus S. Petro concessis. 409. & seq. 412
- Donata Ecclesiæ Romana. Vide V. Ludouici Pij. 340
- Donatio Constantini Magni. 421. & seq. 425

### E.

- Ecclesiæ defensio. Vide V. Iuramentum. 326
- Ecclesiæ Romana donata. Vide V. Ludouici Pij. 340
- Ecclesiastica immunitas. Vide V. Caroli Magni. 329
- Ecclesiastica libertas. Vide V. Friderici II. 446
- Electio Caroli Calui Imperatoris. 370. & seq.
- Electio Othonis IV. in Imperatorem. 439
- Electio Romani Pontificis. 350. & seq.
- Electorum Imperij literæ, quibus fatentur Electoralem dignitatem à Sede Apostolica ad se venisse.

INDEX.

- |   |   |
|---|---|
| <p>nisse. 447. &amp; seq. 451</p> <p>Elipandus. 320</p> <p>Epistola Caroli Calvi ad Hadrianum II. Pontificem Maximum. 365. &amp; seq. 369</p> <p>Epistola Caroli Magni ad Elipandum, de heresi Feliciana. 320. &amp; seq. 322</p> <p>Epistola Caroli Magni ad Pipinum filium Regem Italia, de Ecclesiastica immunitate. 329</p> <p>Epistola Ludouici Pij Imperatoris ad Arnonem Archiepiscopum Saliburgensem. 336. &amp; seq. 339</p> <p>Epistola Ludouici Iunioris Imp. ad Basilium Imp. Constantinopolitanum. 361. &amp; seq. 364</p> <p>Epistola Ludouici &amp; Lotharij Regum ad Nicolaum I. Pontificem. 387. &amp; seq. 390</p> <p>Epistola Principum Imperij ad Innocentium III. de electione Othonis IV. in Imperatorem. 439. &amp; seq. 445</p> <p>Exauctoratio Ludouici Pij Imperatoris. 343. &amp; seq.</p> | <p>Hadrianus II. Pontifex Max. 365</p> <p>Heresis Feliciana. 320</p> <p>Henrici I. Imperatoris Constitutio. 426. &amp; seq. 431</p> <p>Henrici IV. Regis Germania iuramentum. 432. &amp; seq.</p>   |
| <b>I.</b>   |   |
| <p><b>F.</b></p> <p>Feliciana heresis. 320</p> <p>Friderici II. Imperatoris Constitutio pro Ecclesiastica libertate. 446. &amp; seq. 448</p>  | <p>Immunitas Ecclesiastica. Vide V. Caroli Magni. 329</p> <p>Innocentius III. Papa. 439</p> <p>Ioannes Episcopus, cuius occasione Concilium apud Theodonii villam à XXII. Episcopis aduersus percussores Clericorum congregatum. 345. &amp; seq.</p> <p>Ioannes XII. Papa. 391</p> <p>Iuramentum Caroli Magni pro defensione Ecclesie. 326 &amp; seq. 328</p> <p>Iuramentum Henrici IV. Regis Germania. 432. &amp; seq.</p> |
| <b>G.</b>   |   |
| <p>Gregorius VII. Papa. 434. &amp; seq.</p>   | <p>Leges Romanorum. Vide V. Lotharij. 350</p> <p>Leo III. Papa. 345</p> <p>Leonis VIII. Antipapa Bulla prima. 397. &amp; seq. 403</p> <p>Leonis VIII. Antipapa Bulla secunda. 404. &amp; seq. 408</p> <p>Libertas Ecclesiastica. Vide V. Friderici II. 446</p> <p>Littere Electorum Imperij, quibus fatentur Electoralem dignitatē à Sede Apostolica ad se venisse. 447. &amp; seq. 451.</p>                                |
| <b>H.</b>   |   |
| <p>Hadriani Pontificis Bulla. 294. &amp; seq. 319</p>   | <p>Lotharij I. Imperatoris Constitutio 46</p>   |

INDEX.

- de electione Romani Pontificis & legibus Romanorum. 350. & seq. 358
- Ludouici Pij Imperatoris Constitutio de rebus Romane Ecclesie donatis. 340 & seq. 342
- Ludouici Pij Imperatoris epistola ad Arnonem Archiepiscopum Saluburgensem. 336. & seq. 339
- Ludouici Pij Imperatoris exauctoratio. 343. & seq.
- Ludouicus Iunior Imperator. 359
- Ludouicus Iunioris Imperatoris epistola ad Basilium Imperatorem Constantinopolitanum. 361. & seq. 364
- Ludouici & Lotharij Regum epistola ad Nicolaum I. Pontificem. 387. & seq. 390
- M.**
- Mel. Goldastus iuuenulus Caluinista Baronij conuictor impudens. 283. 286
- N.**
- Nicolaus I. Pontifex. 387
- Nugamenta Caluinistica in epistola Caroli Magni ad Elipandū de heresi Felicianā. 320. & seq. 322
- O.**
- Otho I. Imperator. 391
- Othonis Magni diploma de Regalibus S. Petro cōcessis. 409. & seq. 412
- Othonis III cōmentitia constitutio, eiusq; refutatio. 413. & seq. 420. 425
- Othonis IV. electio in Imperatorem. 439
- P.**
- Pax Confluentana sub Ludouico Iuniore. 359. & seq.
- Percussores Clericorum. Vide V. Concilium. 345
- Pipinus Caroli Magni filius Rex Italiae. 329
- Pontificis Romani electio. Vide V. Lotharij. 350
- Præfatio Caroli Magni in sua Capitularia. 323. & seq. 325
- Principum Imperij epistola ad Innocentiū III. de electione Othonis IV. in Imperatorem. 439. & seq. 445
- R.**
- Refutatio cōmentitiae Cōstitutionis Othonis III. 413 & seq. 420. 425
- Regalia S. Petro cōcessa. 409. & seq.
- Romane Ecclesie donata. Vide V. Ludouici Pij. 340
- Romane Synodi Acta de electione Caroli Calui Imperatoris. 370. & seq.
- Romani Pontificis electio. Vide V. Lotharij. 350
- Romanorum leges. Vide V. Lotharij. 350
- Romanū Conciliabulū contra Ioannem XII. sub Othone I. Imperatore. 391. & seq. 396
- S.**
- Sedes Apostolica. Vide V. Electores. 447
- Cc 3      Synoda



I N D E X.

<i>Synodi Romanæ Acta de electione Caroli Calvi Imperatoris. 370. &amp; seq. 386</i>		V.	<i>Viginti duo Episcopi apud Theodo- ni villam occasione Ioannis Epi- scopi congregati. 345. &amp; seq. 349</i>
<b>T.</b>			
<i>Testamentum Caroli Magni. 330. &amp; seq. 335</i>			<i>Villa Theodonii. Vide V. Concilium. 345</i>
<i>Theodonii villa. Vide V. Concilium. 345</i>			<i>Vormaciense Conciliabulum con- tra Gregoriū VII. 434. &amp; seq. 436</i>

CONVICIA ET MALEDICTA  
 QVIBVS ILLVSTRISS. CARD.  
 BARONIVM IVVENCVLVS  
 Calvinista incessit,

<b>A.</b>		<b>G.</b>
<i>Anticyras nauiget necesse est. 286</i>		<i>Gestat oppellatam frontem. ibid.</i>
<i>Asinus rudens. 287</i>		<b>H.</b>
<b>B.</b>		<i>Hibernus canis est, elatrare didicit, non odorari. ibid.</i>
<i>Blasphemus. 288</i>		<b>I.</b>
<b>C.</b>		<i>Imperitus non historiavum tantū, sed etiam Iuris communis. 287</i>
<i>Calumniator. 287</i>		<i>Impius. 288</i>
<i>Canis. ibid.</i>		<i>Impossor. 287</i>
<b>D.</b>		<i>Impudens. ibid.</i>
<i>Debacchatur. 288</i>		<i>Impurissimi oris. ibid.</i>
<i>Discat à me. 286</i>		<i>Incordatus. ibid.</i>
<b>E.</b>		<i>Inscitiam suam prodit. 288</i>
<i>Extrema inscitia. 287</i>		<i>Insigniter iniurius. ibid.</i>
<i>Extremè inspiens an imprudens. 288</i>		<i>Ius vel ignorat vel calumniatur. 287</i>
<b>F.</b>		<b>L.</b>
<i>Falsidicus. 287</i>		<i>Laruatus. 286. 288</i>
<i>Frusulum Cardinalis. ibid.</i>		<i>LATRANS</i>

I N D E X.

*Latrans canis.* 287  
*Lippus.* *ibid.*  
*Ludimagister Orbilius.* *ibid.*

M.

*Manifesto mendacio opprimitur.*  
 286  
*Mendaciorum architecton.* 287  
*Mendax.* *ibid.*  
*Multis modis imponit & fallit. ibi-*  
*dem.*

N.

*Nescit metonymiam.* 286

O.

*Oblitus veteris Prouerbij: Menda-*  
*ces memores esse oportere.* 287  
*Omnis periurij caput.* 287

P.

*Peccat in Maiestatem Imp.* *ibid.*  
*Perfricat frontem.* 288  
*Periurij caput.* 287  
*Peruersus.* *ibid.*  
*Pudenda inscitia.* 286

Q.

*Quis non rideat stolidam tuam ar-*  
*gumentationem?* 288  
*Quod Minerual dabis, cum te cano*  
*isto capite reduco ad sapientia?*  
 286.287

R.

*Rerum omnium imperitus.* 287  
*Ridiculus.* 287.288

S.

*Scurrilis & inficetus.* 287  
*Sine pudore.* 288  
*Sophista.* 287  
*Sycophanta.* 288

T.

*Tam impudenter fallit.* *ibid.*  
*Tam stupidus.* 287

V.

*Vapula Papiri.* 288  
*Vinam vel sero saltem sapere tibi*  
*Deus dedisset, non nunc arden-*  
*tibus Furiarum tadis.* *ibid.*



INDI-



FNDICVLVS  
SYNO DALI VM  
CONSTITVTIONVM  
S. VD ALRICI.

*Numerus minor Constitutionum est,  
maior pagellarum.*

<b>A.</b>		6.7.8.15.16.17.41.60.70.76. 457.458.460. & seq.
Altare.	9.10.11.458	Canum cura. 25.459
Antiphonarium.	12.458	Carmina diabolica super mortuos. 58.461
Aqua benedicta.	31.459	Carnes manducare. 45.460
Arma non ferenda.	24.459	Catechismus. 48.67.460.462
Atrium Ecclesia.	14.57.458.461	Catechumeni. 72.462
Auium cura.	25.459	Cella Parochorum iuxta Ecclesia.
<b>B.</b>		2.457
Baptismus infantium.	21.22.459	Chrisma. 66.462
Baptismus in Vigilia Pascha & Pentecostes.	46.460	Clerici. 16.458
Benedictio cum signo Crucis.	19. 459	Communio quater in anno. 51.461
Benedictio salis & aqua.	75. 463	Computus Ecclesiasticus minor. 77. 463
Bibere in tabernis.	26.459	Confessio. 50.461
Bona Ecclesiastica.	34.55.460. 461	Corporale. 10.458
<b>C.</b>		Crux recta signanda. 19.459
Calix.	9.19.458.459	Digitorum conformatio in signo Crucis exprimendo. 19.459
Canon Missa.	68.462	Dominicus dies. 27.31.56.64.459.
Cantus ad Missam, & Horas.	3.5.	461.462
		Ebris-

INDICVLVS.

E.

Ebrietas. 23.459  
 Ecclesia. 2. 12. 14. 15. 34. 35. 36. 37.  
 38. 39. 55. 457. 458. 460. 461  
 Eleemofyna. 45. 460  
 Epistola seu Lectio. 16. 458  
 Epistola & Euangelium. 69. 462  
 Eulogia post Missam. 53. 461  
 Excommunicati. 59. 461  
 Exequia defunctorum. 74. 463  
 Exorcismi. 72. 75. 462. 463

F.

Femina nulla in cellis seu domibus  
 Parochorum. 2. 457  
 Festa à vespera vsq; ad vesperam ce-  
 lebranda. 56. 461  
 Fontes seu baptisteria. 47. 460

G.

Gratis, sine munere & pecunia. 21.  
 459

H.

Horæ certa pro cursu decantando. 3.  
 457  
 Hospitalitas. 30. 459

I.

Ieiunium ante Missam. 5. 458  
 Ieiunium quatuor Temporum, Ro-  
 gationum & Letania maioris.  
 49. 460  
 Infantes baptizandi. 21. 22. 459  
 Infirmi visitandi, inungendi & cõ-  
 municandi. 20. 459

L.

Lectioarium. 12. 458  
 Letania maiores. 49. 460  
 Litigia. 23. 459  
 Loca non consecrata. 15. 458

M.

Martyrologium. 78. 463  
 Missa. 4. 5. 6. 15. 16. 17. 18. 41. 60.  
 64. 68. 457. 458. 460. 461. 462  
 Missale. 12. 458

N.

Nocturne, ad quas omni nocte sur-  
 gendum. 3. 457  
 Nuptia. 61. 62. 461

O.

Oblata. 19. 459  
 Oleum sanctum. 20. 459  
 Orphanorum cura. 29. 459

P.

Parochia. 41. 461  
 Parochiani. 40. 48. 460  
 Pastores die Dominico Missa inter-  
 sint. 64. 462  
 Patrini. 65. 462  
 Pauperum cura. 29. 459  
 Peregrinorum cura. 29. 459  
 Plenarium. 12. 458  
 Pœnitentes. 45. 460  
 Pœnitentia. 30. 462  
 Pœnitentiale. 47. 50. 78. 461. 463  
 Prædicatio Euangelij. 27. 459  
 Psalmi cantandi. 16. 17. 70. 458.  
 462


Dd

Pyxis

INDICVLVS.

<i>Pyxi seu Ciborium.</i>	11. 458	<i>Symbolum Athanasij.</i>	71. 462
<b>Q.</b>		<b>T.</b>	
<i>Quater in anno communicandum.</i>	51. 461	<i>Taberna.</i>	26. 459
<i>Quadragesima.</i>	50. 461	<i>Tituli Ecclesiarum.</i>	37. 460
<i>Quatuor Euangelia.</i>	11. 458	<b>V.</b>	
<i>Quatuor Tempora.</i>	49. 460	<i>Vasa sacra.</i>	4. 13. 32. 47. 457. 458. 460
<b>R.</b>		<i>Vestes sacerdotales.</i>	7. 8. 32. 54. 458. 460
<i>Reliquia.</i>	11. 458	<i>Viaticum pro infirmis.</i>	11. 458
<i>Rogationes.</i>	49. 460	<i>Vigilia Pascha &amp; Pentecostes.</i>	46.
<b>S.</b>		<i>Sacrarium.</i>	13. 458. 460
<i>Scholares.</i>	16. 458	<i>Vinum bibere.</i>	45. 460
<i>Sepultura mortuorum.</i>	21. 459	<i>Vnctio infirmorum.</i>	20. 73. 459.
<i>Signum Crucis rectè formandum.</i>	19. 459	<i>Vsura.</i>	33. 460





### Errata.

Pag. 7. v. 8. Volfbardus. 13. 8. grandes. 20. 17. B. P. N. 26. 10. in marg.  
M. C. XI X. 47. 4. praeipiendam. 49. 2. duxerunt. 66. 19. subitd. 73.  
24. ad marg. Bruno. 221. 7. septima. 239. 7. Victore. 246. 9. conta-  
minauerat. 249. penult. praecepisset. 250. 17. beata. 273. 26. ad  
marg. Thafilonis. 288. 24. tenerem. 361. 5. Redemptorū. 362. 22.  
auro. 363. 21. inunctum. 365. 17. post scriptas, adde, epistolas. 382.  
20. alijq. 383. 1. debetū. 399. 1. gratas. 400. 10. dele, illud. 401. 11. &  
Ioanne XII. 402. 28. dele, Knuto Rex Anglo in quodam di-  
plomate. 408. 29. fraude. 436. 27. Gregorio VII. 446. 21. hereticis  
legitur. 447. & 448. numeri paginarum iisdem repetiti. 447. 12.  
Nerius. 457. 7. ENUNCIANDVS.

---

### Ex Agonistico Spirituali.

Pag. 134. v. 12. & 10. lege γῶτα, non γῶσι. 245. v. 14. tumidos.

#### In Luthero Academico,

Pag. 84. v. 21. lege, Quæritur deinde.

#### In Epistola Cnaptica:

Pag. 57. v. antepenult. lege, hoc probat aut improbat; sed illud im-  
probat. p. 177. v. 13. lege, supplices factos esse.


Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Several lines of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


Ex Agnoscendo Spiritu  
In Libro Academico  
In Epistola Cantuar  
Faint, illegible text, possibly a list of contents or a table of contents.











1479.

Th

5078

$$\frac{142}{4} = 35\frac{1}{2} \text{ to } 10 \text{ Gr.} = 355 \text{ Gr.}$$

$$= 4\frac{67}{72} \text{ to } 10 \text{ Gr.}$$

$$= 5 \text{ to } 17 \text{ Gr. } 8 \text{ D. C}$$

$$\text{Strick } 2 \text{ to } 17 - 5 \text{ v}$$

$$8 \text{ to } 5 - 1 \text{ to } 37 \text{ to}$$

$$\text{am } 1 \text{ to } 6 \text{ Gr. } 7\frac{1}{2} \text{ D. C}$$

$$97\frac{3}{4} \text{ to } 8 \text{ or } 5 \text{ to } 1 \text{ to}$$

$$18\frac{1}{2} = 6 - 3 - 2$$

$$19\frac{1}{4} = 4 - 2 - 11$$

Grind - - - -	1 1/2 yrs
Musmusum - Geth	12 yrs
Louff - - - -	14 yrs
Indupagall - -	7 yrs
Antiprotus - -	5 yrs
<hr/>	
10 with	9 1/2 yrs